8. 44. A. 31.

NAZIONALE
R. BIBLIOTECA
CENTRALE V. E. II
8
44 A
31
ROMA

8. 44. A 31

IHS

VITA B. IGNATI SOCIETATIS IESV FVNDATORIS

Latinogræca:

Ex Hispanica, quam R.P. Gaspar Quartemont eiusdem Societatis Latinè reddidit.

INTERPRETE Georgio Mayr *ex eadem Societate.*

Cum gratia & priuilegio Cæsareo.

Omnia ad maiorem Dei gloriam.

Augustæ Vindelicorum. M. DC. XVI.

Πάντα εἰς μείζω Θεȣ̃ δόξαν

W. Kilian. F.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



ADMODVM R^do. IN CHRISTO PATRI NOSTRO P. MVTIO VITELLESCO Societatis IESV Præposito Generali.

AD nouam istam interpretationem, admodum Reuerende in Christo Pater, minimè nouo, sed perantiquo, eodemque imitatione dignissimo exemplo permotus animū adiunxi. Constat enim D. Benedicti vitam, quam S. Gregorius Magnus Latinè conscripserat, non ab vno è vulgo, sed ab ipso Zacharia Romano Pontifice cùm eruditione, tum sanctitate celeberrimo, annis abhinc prope nongentis in Græcum ser-

monem translatam fuisse; eam, opinor, ob caussam, vt virtutum iuxtà ac miraculorum exempla præclarissima, radios suos longiùs latiusque diffunderent. Qui primùm B. Ignatij Societatis nostræ parentis res gestas posterorum memoriæ prodidit, fuit R. P. Petrus Ribadineira, quem vitæ religiosæ integritas & indubitata fides in censum clarissimorum virorum nostri Ordinis retulit. Eum librum cùm ipse sub felicem suũ ex hac luce discessum in epitomen mirè gratam linguâ Hispanicâ redegisset, interpretem Latinum P. Gasparem Quartemontinum nactus est, virũ eiusdem nostræ Societatis eruditum; cuius libellum, si non alijs (quod tamen omnino sperandum) nostræ certè Societatis Religiosis, ijs præsertim, qui humanitatis ac linguarum studia tractare solent, multò gratiorem fore, si Latinè ac Græcè simul ederetur, graues ac docti Prouinciæ nostræ Patres arbitrati sunt. Sperabant enim futurum, vt ex hac periucunda vtriusque linguæ vicissitudine, cum tanta virtutum & exemplorum, quibus nobis optimus parens noster B. Ignatius præluxit, copia coniuncta, non mediocrem fructum perciperent. Atque horum Patrum sententiam sibi quoque probatam esse, ipse R. P.

Claudi-

Claudius Aquauiua Societatis nostræ Præpositus Generalis, piæ memoriæ, paulò antè mihi significandum curauit, quàm ex hac vita ad beatarum mentium cælestem Societatem (quod illius tot tamque illustres virtutes, nos omnino existimare iubent) euocatus est. Percommodè autem nunc accidit, vt hic idem libellus Latinogræcus eo tempore lucem aspiciat, quo R. P. V. ad tenendum Societatis clauum eiusque tractanda gubernacula communibus suffragijs electam certa literarum significatione cognouimus. Optatam enim, aliorum quoque iudicio, occasionem mihi habere videor, qua, fausta omnia precantium cœtui, animo saltem præsens me adiungam, & opusculum hoc, licet exiguum, boni ominis causa, R P. V. submissè offeram. Inter cōmunia enim vota, quibus R. P. V. à Deo Opt. Max. animi corporisque vires quàm maximè diuturnas ad Societatem toto nunc orbe mirè propagatam, rectè administrandam omnes ipsius filij enixe efflagitamus, illud haud postremum est, vt in hac religiosa nostra familia cum alijs scientijs, linguarum quoque principum studia in dies magis ad commune Ecclesiæ Catholicæ bonum, ipsius consilio & auctoritate vbique

efflorescant: vtque ab ipsius laudatissimo Decessore in hunc finem sapienter cogitata, imò non infeliciter quoque cœpta ad optatum exitum perduci possint. Augustæ Vindelicorum 7. Decemb. Anno 1615.

R.dæ P.tis V.
minimus in Christo seruus
Georgius Mayr.

FACVL-

FACVLTAS R. P. Prouincialis superioris Germaniæ Societatis IESV.

SAcræ Cæs. Maiest. auctoritate ac priuilegio nostræ Societati pro libris edendis 20. Sept. Anno 1612. Pragæ concesso, Ego Melchior Härtelius *Societatis* IESV *per Superiorem Germaniam Præpositus Prouincialis honesto viro Christophoro Mangio Typographo Augustano potestatem facio excudendi Vitam B. Ignatij Loiolæ Societatis* IESV *fundatoris Latinogræcam, ex Hispanica, quam P. Gaspar Quartemontius Latinè conuertit, à P. Georgio Mayr nostræ itidem Societatis, nunc Græcè redditam. In cuius rei fidem hoc ei testimonium manu mea subscriptum, & sigillo munitum dare volui. Augustæ* 4. *Iulij Anno* 1615.

Melchior Härtelius.

In imaginem B. P. Ignatij.

Ignatium Ordinis ducem, cui inclyto
IESV decorari contigit vocabulo,
Sculptoris ars effinxit. Hunc si lumine
Spectabis humano, aliquid humanum tibi
Parebit; at mentis oculis si inspexeris,
Fatebere cælestem. Ergo verè dixerat,
QVAM TERRA SORDET, QVANDO
CAELVM CONSPICOR!

Εἰς εἰκόνα τοῦ ἐν μακαρίοις πατρὸς Ἰγνατίου.

Ἰγνάτιον τῆς τάξεως ἡγούμενον
Κλυτῷ κεχαρισμένης ΙΗΣΟΥ ὀνόματι,
Τύπωσε γλύπτης. εἰ βροτείοις ὄμμασι
Θέλεις ἐσαθρεῖν, βροτὸν ἐσαθρήσεις τινά·
Ταῖς δὲ κραδίας γλήναις ὁρῶν, φήσειας ἂν
Οὐράνιον. αὐτὸς εἶπεν οὖν ἀληθινῶς·
Ὡς γῆ ῥυπαρὰ ἐφορῶντί μοι τὸν οὐρανόν;

B. Igna-

INDEX CAPITVM.

VITA

VITA B. P. IGNATII DE LOIOLA AVCTORIS SOCIETATIS IESV.

CAPVT I.

De genere ortuq́; Ignatij, & à sæculari vita conuersione.

BEatus P. Ignatius de Loiola auctor & parens Societatis IESV, natus est in ea parte Hiſpaniæ, quæ Cantabria nominatur, anno ab ortu Dñi CIↃ. CCCC. XCI. Innocentio VIII. Romano Pontifice, Federico III. Rom. Imperatore, Ferdinando denique & Iſabella Catholicis Hiſpaniarum Regibus. Ei pater fuit Bertrandus, Iagnez, Ognez & Loiolæ dominus, Illuſtriſque & antiquæ familiæ ſuæ princeps: mater verò Marina Sonez claris orta parentibus Baldæ dominis, genere & virtute non inferior viro fœmina. Atque harum vtriuſque familiarum duces vt è prima nobilitate Cantabriæ, ita apud Hiſpanos magni ſunt & appellantur. Ignatius ab infantia acri fuit ingenio, & vehementi quadam incitatione naturæ: qui vt primum è pueris exceſſit, in aulam Regum Catholi-

ΒΙΟΣ
ΤΟΥ ΕΝ ΜΑΚΑΡΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΙΓΝΑΤΙΟΥ ΛΟΪΩΛΑΙΟΥ ἀρχηγοῦ τῆς ἑταιρείας Ἰησοῦ.

Κεφάλαιον α'.

Περὶ τοῦ γένους, καὶ τῆς τοῦ Ἰγνατίου ἀπὸ τοῦ κοσμικοῦ βίου ἐπιστροφῆς.

Ὁ ἐν μακαρίοις Ἰγνάτιος Λοϊωλαῖος, ὁ τῆς τοῦ Ἰησοῦ ἑταιρείας ἀρχηγὸς καὶ πατὴρ, ἐν τῷ τῆς Ἱσπανίας μέρει, ὃ Καντάβρια καλεῖται, ἔτει τοῦ Χριστοῦ χιλιοστῷ, τετρακοσιοστῷ, ἐνενηκοστῷ πρώτῳ ἐγεννήθη, ἐπὶ τοῦ Ἰννοκεντίου ὀγδόου τοῦ τῆς Ῥώμης Πάπα, τοῦ Φεδερίκου τρίτου τοῦ τῶν Ῥωμαίων αὐτοκράτορος, τοῦ Φερδινάνδου καὶ τῆς Ἰσαβέλλης τῶν τῆς Ἱσπανίας καθολικῶν βασιλέων. Ὁ μὲν πατὴρ αὐτοῦ ὑπῆρξε Βέρτρανδος τοῦ Ἰαγνεσίου, τοῦτε Ὀγνεσίου καὶ τῆς Λοϊώλης δυνάστης, τῆς ἐπιφανοῦς καὶ παλαιᾶς οἰκίας αὐτοῦ πρωτεύων· ἡ δὲ μήτηρ Μαρίνη Σάνη ἐκ λαμπρῶν γονέων, τῶν τῆς Βάλδης κυρίων πέφυκε, τῷ γένει καὶ ταῖς ἀρεταῖς τοῦ ἀνδρὸς οὐκ ἀπολείπουσα γυνή. καὶ δὴ οἱ τούτου ἀμφοτέρου τοῦ οἴκου πρόγονοι, τῶν τῆς Κανταβρίας πρώτων εὐγενέων τυγχάνοντες, παρὰ τοῖς Ἱσπανοῖς μεγάλοι εἰσὶ, καὶ ἐπικαλοῦνται. Ὁ δὲ Ἰγνάτιος ἐκ πρώτης ἡλικίας τὴν φύσιν δεινῶς καὶ παροξυντικῶς εἶχε· καὶ ἐκ παίδων ἐξελθὼν εἰς τὴν τῶν βασιλέων τῶν καθολι-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

eorum deductus est, cum æqualibus educandus. Simul atque verò cum ætate maior etiam naturæ vis accessit, cùm esset ea animi magnitudine, vt nihil extimesceret, omnia pericula humana despiceret, omni armorum genere sese exercuit, vt aliquando militari gloria posset excellere. Cùm itaque Galli anno salutis humanæ CIƆ. IƆ. XXI. arcem Pampelonensem cingerent, ad eam propugnandam cum reliquis centurionibus præsidioque Ignatius noster ingressus est. Cùm autem acrior esset obsidio, & qui obsidebantur de subsidio desperarent, deditionis cepere consilium, omninoque rem perfecissent, nisi consilijs eorũ occurrisset Ignatius, monuissetque hosti vel proposita morte resistendum. Sed cùm arcem Galli tormentis verberarent, eamque noster hic propugnaret, ferrea pila crus eius dexterum tanta vi percussit, vt id penitus suffregerit, eiusdemque impetu excussus è muro lapis læuum haud leuiter offenderit. Eo igitur prostrato ceteri turbati, sese & arcem Gallis dediderunt, qui Ignatium in tabernaculum suum deductum beneque habitum, eius demum genere cognito, lectica domum, atque in pristinum hospitium deportauerunt. Interea morbi vis adeò ingrauescebat, vt tenuis

κῶν αὐλὴν, τοῦ τοῖς ἡλικιώταις συνεκτραφῆναι, εὐθέως προσήχθη. ἐπειδὴ δὲ ἡ τῆς φύσεως ῥώμη τοῖς ἔτεσι συνηύξηται, τοιαύτης μεγαλοψυχίας ἐπιτυχὼν, ὅπως μηδὲν μὲν δεδοίκῃ, πάντων δὲ κινδύνων τῶν ἀνθρωπείων καταφρονήσῃ, πρὸς πάντα τὰ τῶν ὅπλων ἑαυτὸν ἤσκησεν, ὑπὲρ τοῦ ἐκ τῆς ἐν μάχῃ ἀριστείας ποτὲ εὐδοκιμεῖν δυνηθῆναι. τῷ μὲν οὖν ἀπὸ τῆς ἀνθρωπίνης σωτηρίας ἔτει α φ΄. κ α΄. τῶν Κελτῶν τὴν Παμπελῶνα πολιορκησάντων, τοῦ ὑπερμαχεῖν αὐτῆς ὁ Ἰγνάτιος μετὰ τῶν ἄλλων ἑκατοντάρχων καὶ φρουρῶν εἰς αὐτὴν εἰσῆλθε. τῆς δὲ πολιορκίας χαλεπωτέρας γινομένης, καὶ τῶν κεκλεισμένων τὴν ἐπικουρίαν ἀπελπισάντων, περὶ τοῦ ἑαυτοὺς ἐνδοῦναι ἐβουλεύσαντο· καὶ τοῦτο ἂν ἐποίησαν, εἰ μὴ ὁ Ἰγνάτιος αὐτοὺς ἀποτρέψας, πρὸς τὸν πολέμιον, καὶ τὸν θάνατον προελομένους ἀντιπαρατάξαι, παρεκάλεσεν. ἀλλὰ μὴν τῶν Κελτῶν τὴν ἀκρόπολιν ταῖς μηχαναῖς σφαιροβόλοις τυπτόντων, καὶ τοῦ Ἰγνατίου ὑπὲρ αὐτῆς ἀμυνομένου, σφαῖρά τις σιδηρῆ τὸ σκέλος αὐτοῦ τὸ δεξιὸν οὕτω βιαίως ἔπληξεν, ὥστε παντελῶς αὐτὸ διέρρηξε, καὶ τῇ αὐτῆς ἐμβολῇ λίθος ὁ ἐκ τοῦ τείχους ἐκτιναχθεὶς, τὸ ἀριστερὸν δεινῶς ἔβλαψεν. Αὐτοῦ μὲν οὖν καταβληθέντες, οἱ ἄλλοι ταραχθέντες ἑαυτοὺς καὶ τὴν ἀκρόπολιν τοῖς Κέλταις ἐνέδοσαν, οἵτινες τὸν Ἰγνάτιον εἰς τὸ σκήνωμα αὐτῶν καταγαγόντες φιλανθρώπως αὐτῷ ἐχρήσαντο· τέλος δὲ τὸ γένος αὐτοῦ κατεγνωκότες, ἐπὶ φορείου οἴκαδε καὶ εἰς τὸ κατάλυμα πρότερον προσεκόμισαν. μεταξὺ δὲ ἡ νόσος οὕτως ἐβαρύνετο, ὥστε μικρὰν

ἐλπίδα τοῦ βίου αὐτοῦ φαίνεσθαι. ἀλλὰ μὴν ὅσῳ μᾶλλον ἐκινδύνευσε, τοσούτῳ μείζονος βοηθείας παρὰ τοῦ θεοῦ ἐπέτυχε. τῇ γὰρ προτεραίᾳ τῆς τοῦ ἁγίου Πέτρου ἑορτῆς, ὅνπερ αὐτὸς ἐξαιρέτως ἐθεράπευσεν, ὁ αὐτὸς ἀρχιαπόστολος οὐρανόθεν πρὸς αὐτὸν πεμφθεὶς, ὡς ἐπικουρήσων καὶ ἰασόμενος αὐτῷ ἐφάνη. καὶ ταύτῃ τῇ ὁράσει τοῦ μὲν νοσήματος μετὰ βραχὺ κουφίζεσθαι ἤρξατο, ἐπειδὴ δὲ φύσει καὶ προαιρέσει φιλόκαλος καὶ κομψὸς ἐγένετο, ἔδοξεν αὐτῷ τῆς τοῦ σώματος εὐμορφίας οὐδαμῶς ὀλιγωρεῖν, διόπερ ὀστοῦν τὸ ὑπὸ τῇ ἰγνύᾳ αἰσχρῶς πως ἐξέχον, καὶ τοῖς ἄλλοις συμφύεσθαι μὴ δυνάμενον ἐκτέμνεσθαι ἐποίησε, τοῦ εὐαρμοστότερον (καθάπερ αὐτὸς ἔλεξέ μοι) τὰς κνημίδας καὶ τὰ τῶν ποδῶν ἐνδύματα συνταχθῆναι. ταύτης δὲ τῆς ἀλγηδόνος οὕτω κατεφρόνησεν, ἵνα μηδαμῶς τὸ δεδιέναι ὑπομείνῃ, τοῦτο εἴ ἤπου τῆς μεγαλοψυχίας καὶ εὐσταθείας αὐτοῦ ἀνάξιον ἡγούμενος. μᾶλλον δὲ τὸ ἐστὶν, ὅπῃ ἦν ὑγιεινὸν καὶ ἀκμαῖον, τέμνεσθαι δόξαν, τοσαύτην ἀνδρείαν καὶ μεγαλοθυμίαν ἐπέδειξεν, ὡς πᾶσι θαυμάζεσθαι. ταυτὸ γὰρ χρῶμα καὶ βλέμμα τὸ ἐν τῇ πρώτῃ θεραπείᾳ, καὶ ἐν ταύτῃ τῇ ἐσχάτῃ βασάνῳ διετήρησεν.

Ἐν τῷ δὲ μεταξὺ, ἕως αὖ τὸ νόσημα παρακμάσῃ, ὁ μὲν Ἰγνάτιος κλινήρης εἶναι ἀναγκασθεὶς, τῇ τῶν πολεμικῶν καὶ ἡρωϊκῶν ἔργων ἀναγνώσει θαυμαστῶς ἡδόμενος, τοιαῦτα βιβλία, διαγωγῆς

caussa, aliquos id genus libros postulauit. At cùm tales fortè ad manum non essent, alij duo oblati, vnus quidem de Christi Domini, alter verò de vita gestisque Sanctorum. Hic primum leuandi duntaxat tædij caussa legere cœpit, mox verò sensim grata quædam & iucunda animi voluptas accessit: demùm ea lectione Deus tales in eius animo motus excitauit, vt iam mutata mente flagraret eos imitandi studio, quorum vitam legendo cognouerat. Porrò quamuis animus id subinde refugeret, appetitusque rationi acre bellum moueret, nec segniùs dæmon oppugnaret, pristinique mores vetustate corroborati multùm valerent ad eum ab hac voluntate deterrendum: gratia tamen corruptam naturam; vis cælestis dominatum vitiorum; auxilium diuini numinis, quod eum ad magna delegerat, omnes dæmonis artes fraudesque superauit. Itaque cùm de nocte surrexisset è lectulo (quod ei solemne & vsitatum erat) ad precandum Deum, positis humi genibus, ante imaginem beatissimæ Virginis matris, illius ope fretus, eius sese misericordiæ, amantissimoque filio totum addixit, illius signa secuturum, remissurumque nuntium rebus humanis.

CA-

ἕνεκα, ἐζήτησε· διὰ τύχην δὲ αὐτῶν οὐ προχείρων ὄντων, ἀλλὰ δύο προσηνέχθη, τὸ μὲν Χριστοῦ τοῦ κυρίου, τὸ δὲ τῶν ἁγίων βίον καὶ πράξεις κατέχον. τότε πρῶτον μὲν μόνον, ὑπὲρ τοῦ τῆς ἀηδίας ἀπαλλαγῆναι, ἀναγνῶναι ἤρξατο, εὐθέως δὲ χαρίεσσα καὶ τερπνὴ ἡδονὴ τῆς ψυχῆς κατ' ὀλίγον αὐτῷ ἐνεποιήθη· εἰς τέλος ὁ θεὸς τὸν νοῦν αὐτοῦ οὕτως ἐκίνησεν, ὥστε μεταβληθεὶς, ὃν βίον ἀναγνοὺς κατενόησεν, ἤδη μιμήσασθαι ἐπεθύμησεν. ἀλλ' εἰ καὶ ἡ ψυχή ποτε κατεδειλίασεν, ἥ τε ὄρεξις κατὰ τοῦ λόγου δεινῶς ἐστρατεύσατο, καὶ ὁ κακοδαίμων αὐτῷ βαρέως ἐπολέμησε, πρὸς τούτοις καὶ οἱ πρόσθεν τρόποι οἱ τῇ παλαιότητι ἐπισχυρισμένοι, μεγάλην δύναμιν εἶχον, τοῦ ταύτης τῆς προαιρέσεως αὐτὸν ἀποτρέψαι· ὅμως ἡ χάρις τὴν φθαρτὴν φύσιν, τὸ κράτος τὸ οὐράνιον τὴν τυραννίδα τῶν κακοτήτων, ἡ βοήθεια τοῦ θεοῦ, τοῦ αὐτὸν εἰς τὰ μεγάλα ἐκλεξαμένου, πάσας τέχνας καὶ δόλους τοῦ διαβόλου ἐνίκησε. Διόπερ τῆς νυκτὸς κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτῷ, εἰς τὸ τὸν θεὸν προσεύξασθαι, τῆς κλίνης ἐξαναστὰς, καὶ ἐνώπιον τῆς εἰκόνος τῆς μακαριωτάτης μητροπαρθένου γονυπετήσας, τῇ τε αὐτῆς ἐπικουρίᾳ πεποιθὼς, τῷ ἐλέει αὐτῆς, καὶ τῷ προσφιλεστάτῳ υἱῷ ἑαυτὸν παντελῶς προσέθη, τοῖς αὐτοῦ συμβόλοις ἀκολουθήσων, καὶ τοῖς ἀνθρωπείοις πράγμασιν ἀποταξάμενος.

CAPVT II.

De feruore eius pœnitentia, mundique contemptu.

ECce autem eo tempore, quo Deum placabat, ingens tota domo inauditus est strepitus, cubiculum in quo erat, contremuit, vitreaque fenestra confracta est. Hac porro in vitæ conuersione carnis suæ infirmitatem non mediocriter pertimescebat: verùm Sacratissima Virgo Angelorum Regina, cuius tutelæ fideique se totum commiserat, in ipsa peruigilatione nocturna suum complexa filium ei se se palàm ostendit: quo viso mirificè recreatus, tantum repente cepit fastidium omnium, quæ cùm inhonesta præsertim voluptate coniuncta sunt, vt omnes earum rerum imagines ex illius memoria aspectus ille deleuerit, castitatemque iam tum ad extremum vsque vitæ terminum integram illibatamque seruârit.

Deliberabat cum animo suo de aliquo vitæ genere, in quo seueriore disciplina domaret & coerceret omnes cupiditates, cum Deoque posset esse coniunctior. Quamobrem vbi constituisset domum, parentes, amicos deserere, neque posset Martinus Garcia frater eius natu maximus illum de sententia dimouere, per caussam

visendi

Κεφάλαιον β'.

Περὶ τῆς ζέσεως τῆς αὐτοῦ μετανοίας, καὶ τῆς τοῦ κόσμου καταφρονήσεως.

Ἰδοὺ δὲ, τοῦ Ἰγνατίου τὸν θεὸν ἐξιλεουμένου, ἐν ὅλῃ τῇ οἰκίᾳ κτύπος μέγιστος εἰσηκούσθη, ὅ,τε κοιτὼν ὅπου ἦν, ἐσείσθη, καὶ ἡ ὑαλινὴ θυρὶς διεῤῥάγη. καὶ δὴ ἐν ταύτῃ τῇ τοῦ βίου ἐπιστροφῇ τὴν μὲν τῆς σαρκὸς αὐτοῦ ἀσθένειαν ὡς μάλιστα ἐφοβεῖτο· ἡ δὲ ἱερωτάτη παρθένος ἡ τῶν ἀγγέλων βασίλισσα ἤπιος ὑπερασπισμῷ καὶ πίστει αὐτὸν ὅλως ἐπέστρεψεν, ἐν τῷ παννυχισμῷ τὸν αὐτῆς υἱὸν περιπλέξασα φανερῶς αὐτῷ ὤφθη· ἧς ὁράσει αὐτῷ θαυμαστῶς εὐφρανθέντι τοσαύτη πασῶν ἡδονῶν, μάλιστα δὲ τῶν αἰσχρῶν, ἀηδία ἐξαίφνης συνέβη, ὡς ἐκείνη ἡ ὄψις πάσας αὐτῶν φαντασίας, τῆς μνήμης αὐτοῦ ἀφείλετο, καὶ τὴν ἁγνείαν εἰλικρινῆ καὶ ἀμίαντον ἐκ τούτου μέχρι τοῦ ἐσχάτου βίου αὐτὸς διεφύλαξεν.

Ἐσκόπει δὲ πρὸς ἑαυτὸν περὶ τῆς τοῦ βίου προαιρέσεως, ἐν ᾗ ἂν αὐστηροτέρᾳ παιδεύσει πάσας τὰς ἐπιθυμίας ὑπέταττε καὶ καθεῖργε, καὶ πρὸς τὸν θεὸν οἰκειότερος ὢν διετέλει. προελόμενος οὖν, τὸν οἶκον, τούς τε γονεῖς, καὶ τοὺς συγγενεῖς καταλιπεῖν (τοῦ Μαρτίνου Γαρζίου τοῦ ἀδελφοῦ τῇ ἡλικίᾳ πρεσβυτέρου ὄντος, μὴ δυναμένου αὐτὸν μεταπείθειν)

visendi Naiaræ Ducis, ad Sacram B. Virginis ædem in Monteserrato positam, duobus famulis comitatus iter direxit, quo in itinere partem earum rerum, quas secum ferebat, illis distribuit, atque ita eos à se dimisit. Ex quo autem discessit, consuetudinem inijt singulis noctibus sese acerrimè verberandi, quam & itinere toto retinuit. Præterea Dei amore studioque honoris eius flagrans acta sua, cogitata, quæque animo destinabat, in posterum omnia ad maiorem eius gloriam referebat. Etenim hic illi scopus erat, vt omnia eadem Dei gloria metiretur. Ad hæc in eadem peregrinatione Deo, Sanctissimæque eius Matri sese perpetuo castitatis voto singulari pietate obstrinxit. Progressus verò ad vicum haud procul à Monteserrato distantem, necessaria, quibus peregrinationem Hierosolymitanam adornaret, comparauit, tunicam videlicet talarem canabinam asperam & crassam, funem pro cingulo, sparteos calceos; postremò ad potionem aquæ cucurbitam.

Vt ad sacram B. Virginis ædem Montisserrati peruenit, velut æger salutis suæ percupidus, diligenter inprimis optimum maximeque solertem animarum medicum peruestigauit, cui plagas animi sui detege-

τῇ περιφράσει τοῦ τὸν τῆς Ναΐάρας ἄρχοντα ἐπι-
σκέπτεσθαι, εἰς τὸ τῆς θεοτόκου ἱερὸν τὸ ἐν Μοντε-
σερράτῳ καλουμένῳ κείμενον, δυοῖν δούλων αὐτῷ
συνακολουθούντων, ἐπορεύθη, καὶ ἐν τῇδε τῇ ὁδοι-
πορείᾳ τὸ μέρος ὧν ἐκέμισεν, αὐτοῖς διανεί-
μας, τοῦτον τρόπον αὐτοὺς ἀπέλυσεν. ἐξ οὗ δὲ
ἀπεδήμησε, καθ' ἑκάστην τὴν νύκτα ἑαυτὸν δεινό-
τατα μαστιγῶσαι εἴωθεν, ὃ καὶ ὁδοιπορῶν ἀεὶ ἐτή-
ρησεν. ἔτι δὲ τῇ φιλοθεΐᾳ καὶ τῇ τιμοθεΐᾳ ἐκκαιό-
μενος πάσας τὰς πράξεις, τοὺς διαλογισμοὺς, καὶ
τὰς τοῦ νοὸς προαιρέσεις εἰς τὴν τοῦ θεοῦ δόξαν μεί-
ζω τὸ λοιπὸν ἀνέφερεν. οὗτος γὰρ ὁ σκοπὸς αὐτῷ
προὔκειτο, ἵνα δήπου τῇ αὐτῇ δόξῃ τοῦ θεοῦ πάντα με-
τρήσαι. πρὸς τούτοις δὲ ἐν τῇ αὐτῇ ἀποδημίᾳ, τῷ
θεῷ, καὶ τῇ αὐτοῦ ἁγιωτάτῃ μητρὶ τὴν ἀΐδιον ἁ-
γνείαν αὐτοῦ πάνυ εὐσεβῶς ἐπηγγείλατο. περιελ-
θὼν δὲ εἰς κώμην οὐ πόρρω τοῦ Μοντισερράτου ἀ-
πέχουσαν, τὰ τῇ ἀποδημίᾳ τῇ εἰς Ἱεροσόλυμα ἀ-
ναγκαῖα ἐπορίσατο, χιτῶνα δηλαδὴ, ποδήρη καν-
νάβινον, τραχύν τε καὶ παχὺν, χοῖνον ἀντὶ ζωστῆ-
ρος, ὑποδήματα ἐκ σπάρτου, τελευταῖον, εἰς τὸ
ὑδροποτεῖν, κολοκύνθην.

Ἐπειδὴ οὖν εἰς τὸν τῆς ἁγίας παρθένου ναὸν
τὸν τοῦ Μοντισερράτου ἀφίκετο, ὥσπερ νοσε-
ρὸς τῆς ὑγιείας αὐτοῦ λίαν ἐπιθυμῶν, πρῶτα
βέλτιστον καὶ δεξιώτατον ψυχίατρον ἐπιμελῶς
διηρεύνησεν, ᾧ τινι ἂν τὰς τῆς ψυχῆς αὐτοῦ πληγὰς
φανερώ-

detegeret. Nactus ergo sacerdotem quendam religiosum, natione Gallum Ioañem Clanonem, virum sanctitatis laude præstantem ac celebrem; apud hunc tribus ipsis diebus totius anteactæ vitæ sordes eluit magna diligentia, ingentique peccatorum dolore. Atque hic primus fuit, in cuius velut patris ac magistri sinum consilia sua intimasque animi cogitationes effunderet. Iumentum, quo vectus erat, cœnobio reliquit; gladium verò pugionemque, quibus mundo meruerat, ante B. Virginis aram è tholo suspendendum curauit, nouæ militiæ candidatus, præstantiorique instructus armorum genere, quibus Deo in pósterum militaret. Ea ipsa nocte, cui festus Angelicæ salutationis dies illuxerat, quo Dei Verbum in vtero sanctissimæ matris nostra se humanitate vestiuit, anno nostræ salutis c I Ↄ. I Ↄ. XXII. quàm occultissimè potuit ad hominem pauperem se contulit, cui vestes omnes ad interulam exutas dedit, & optatum illum, quem paullò ante mercatus fuerat, corpori saccum induxit. Hoc ornatus amictu nouus miles ante B. Virginis aram pernoctauit, & modò stans, modò genibus nixus multis lacrymis præteritæ vitæ noxas eluere, Deum sanctissimamque Dei matrem intenta supplicati-

φανερώσῃ. ἐπιτυχὼν οὖν ἱερέως τινὸς ἀσκητοῦ, τὸ γένος Κέλτου Ἰωάννου Κλάνωνος, τοῦ τῇ ἁγιότητι ἐνδόξου καὶ εὐδοκίμου ἀνδρὸς, τρεῖς ἡμέρας πάντα τοῦ παρεληλυθότος αὐτοῦ βίου ἁμαρτήματα μεγάλῃ ἀκριβείᾳ, καὶ τῆς ψυχῆς συντρίψει δεινοτάτῃ αὐτῷ ἐξωμολόγησε. καὶ οὗτος δὴ πρῶτος ἐγένετο, εἰς οὗτινος, ὡς πατρὸς καὶ διδασκάλου κόλπον τὰς βουλὰς καὶ ἐνδοτάτας διανοίας αὐτοῦ ἐξέχευε. καὶ τὸ μὲν κτῆνος, ἐφ' οὗ ὤχησε, τῷ μοναστηρίῳ κατέλιπε, τὸ δὲ ξίφος, καὶ τὸ ἐγχειρίδιον, οἷς τῷ κόσμῳ ἐστρατεύσατο, ἔμπροσθεν τοῦ τῆς ἁγίας παρθένου θυσιαστηρίου, εἰς τὸν θόλον ἀνακρεμασθῆναι ἐκέλευσε, τὴν νέαν στρατείαν δεξιωσάμενος, καὶ βέλτιον καθωπλισμένος, ὅπως τὸ λοιπὸν τῷ θεῷ στρατεύσηται. αὐτονυχεὶ, περὶ τῆς ἑορτῆς, ᾗ ὁ τοῦ θεοῦ λόγος ἐν τῇ τῆς ἁγιωτάτης μητρὸς κοιλίᾳ τὴν ἡμῶν ἀνθρωπότητα περιβέβληται, τῷ τῆς σωτηρίας ἡμῶν ἔτει ᾳφ', κβ'. ὡς ἠδύνατο λαθραιότατα πένητί τινι προσελθὼν, ἱμάτια αὐτοῦ πάντα μέχρι τοῦ ἐσχάτου χιτωνίσκου, ἐνδεδυμένα αὐτῷ ἐδωρήσατο, καὶ τὸν πεποθημένον σάκκον, ὃν πρὸ ὀλίγου ἠγόρησεν, ἐνεδύσατο. τούτῳ ἀμφιέσματι κοσμηθεὶς ὁ νεοπτόλεμος ἐναντίον τοῦ θυσιαστηρίου τῆς ἁγίας παρθένου ἐπαννύχισε, καὶ ὁτὲ μὲν ἱστάμενος, ὁτὲ δὲ γονυπετῶν πολλοῖς δάκρυσι τὰς τοῦ παρῳχημένου χρόνου αἰτίας ἐξαλείφων, τὸν θεὸν καὶ τὴν ἁγιωτάτην θεοτόκον ἐκτενεῖ ἱκετείᾳ

plicatione propitiare non destitit. Porrò ne qua illius fama vulgaretur, priusquam dilucesceret, inde digressus, atque à militari via, quæ Barcinonem ducit, deflectens, Minoressam tribus à Monteserrato milliarijs dissitam vrbem contendit.

Hilaris alacerque gradiebatur Ignatius, aspero deformique corporis cultu, fune præcinctus, tornatilem baculum manu gestans, capite sinistroque pede nudatis: dextro enim, propterea quòd ex vulnere debilior erat, & singulis noctibus intumescebat, sparteum calceum induxerat. Sed enim exultantem gaudio animum, nonnulla mox tristitia Deus contraxit. Etenim citato gressu quidam eum insecutus est, vt perçunctando cognosceret, pauperíne dedisset pretiosas illas vestes & elegantes, ob quas quasi furto sublatas miser a iudice in carcerem compactus esset. Hic vt innocentem periculo liberaret, veritatem quidem ingenuè est confessus, vimque lacrymarum profudit, seipsum incusans, qui ne quidem de altero bene mereri posset, nisi pudore simul iniuriaque afficeret; nomen autem suum, genus ac patriam exquirenti, nequaquam aperuit, quòd nihil opus esse existimaret, & alioqui latere atque contemni, quàm honorari mallet.

Mino-

ἐξιλασκόμενος διετέλεσεν. ἵνα δὲ αὐτοῦ φήμη μὴ διαφοιτήσῃ, πρὶν ἂν ὁ ἥλιος ἀνίσχῃ, ἐκεῖθεν ἀπελθὼν, καὶ τὴν ὁδὸν δημοσίαν τὴν εἰς τὴν Βαρκινῶνα ἄγουσαν, ἐκτραπόμενος εἰς τὴν Μινόρεσαν τὴν τοῦ Μοντισερράτου τρισὶ μιλιαρίοις ἀπέχουσαν πόλιν ἐπορεύθη.

Ἱλαρὸς δὴ καὶ εὔθυμος ὁ Ἰγνάτιος ὡδοιπόρει, τὸ σῶμα τραχέως καὶ ἀμόρφως ἠμφιεσμένος, καὶ σχοίνῳ περιεζωσμένος, τῇ χειρὶ βακτηρίαν τορνευτὴν βαστάζων, τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸν ἀριστερὸν πόδα γυμνὸς ὤν· τὸν γὰρ δεξιὸν ἐκ τοῦ τραύματος ἀσθενέστερον ὄντα, καὶ καθ' ἑκάστην νύκτα ἀνοιδοῦντα σπαρτίνῳ ὑποδήματι ἐνεδύσατο. Ἀλλὰ μὴν τὸν γεγηθότα ὁ θεὸς παραυτίκα πως ἐλύπησε. σπεύδων γάρ τις αὐτὸν ἐδίωξε, τοῦ πυθέσθαι, πότερον τὰ τίμια καὶ καλὰ ἱμάτια πένητι ἔδωκε, δι' ἃ ὡς κλεφθέντα, τοῦτον τὸν σχέτλιον ὁ δικαστὴς εἰς δεσμωτήριον ἐνέβαλεν. τότε ἵνα αὐτὸν ὡς ἄκακον τοῦ κινδύνου ἀπαλλάγῃ, τὴν μὲν ἀλήθειαν ἐξωμολόγησε, πολλὰ δάκρυα ἀφεὶς, καὶ ἑαυτῷ ἐγκαλέσας, ὡς τὸν ἄλλον, εἰ μὴ ἅμα καταισχυνθέντα καὶ ἀδικηθέντα οὐ δυνάμενος εὐεργετεῖν· τὸ δ' ὄνομα, γένος τε καὶ πατρίδα ἀναζητοῦντι οὐδαμῶς ἐδήλωσε, τοῦτο μὴ ἀναγκαῖον εἶναι νομίζων, λανθάνειν τε μᾶλλον καὶ καταφρονεῖσθαι, ἢ τιμᾶσθαι προαιρούμενος.

Minoressæ ad nosocomium S. Luciæ rectà diuertit, vt cum ceteris mendicis quotidie precariò victum ostiatim quæreret. Ibi talem rationem iniuit, vt duro quodam & austero genere vitæ corpus affligeret, sensus coërceret, & inanissimas earum rerum, quæ memoriæ priùs inhæserant, imagines prorsus abstergeret. Quoniam verò in compositione comæ nimiam olim curam diligentiamque posuerat, nudo capite dies & noctes incessit, capillos promisit impexos & squallidos, ac per eundem sui contemptum passus est vngues barbamque excrescere. Obductus erat illo sacco, quem diximus, humo nùda cubabat, noctes pœne ducebat insomnes, præteritorumque peccatorum memoria magnam ei lacrymarũ vim exprimebat. Singulis diebus iterum & tertiò sese flagellis acerrimè cędebat, flexisque humi poplitibus orationem in septenas horas magno animi sensu producebat. Matutino sacrificio, Vesperarum & Completorij officijs attenta animi cogitatione intererat, qui quantò erat mitior atque tenerior, tantò facilius impressiones cælestium rerum, diuinasque laudes in intimas medullas admittebat. Semel ſin die corpus reficiebat solo pane & aqua contentus, ad eum modum

Ἐν τῇ Μινορέσσῃ εἰς τὸ τῆς ἁγίας Λουκίας νοσοκομεῖον εὐθὺ κατέλυσε, τοῦ τὴν ἐφήμερον τροφὴν σὺν τοῖς ἄλλοις πτωχοῖς κατὰ θύρας ἐπαιτεῖν. ἐκεῖ τὸν βίον οὕτω διῴκησεν, ὥστε τὸ σῶμα τραχέως καὶ αὐστηρῶς ἀπέθλιβε, τὰς αἰσθήσεις κατεῖχε, καὶ τὰς κενοτάτας φαντασίας τῶν πραγμάτων τῶν πρότερον τῇ μνήμῃ συνημμένων παντελῶς ἠφάνιζεν. ἐπειδὴ δὲ ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ τὴν ἄγαν σπουδὴν τοῦ εὔσχημον εἶναι ἐποιεῖτο, τὴν κεφαλὴν γυμνὸς ἡμέρας καὶ νύκτας περιεπάτησε, τάς τε τρίχας ἀκτενίστους καὶ αὐχμηρὰς καθεὶς, καὶ τοὺς ὄνυχας καὶ τὸν πώγωνα διὰ τὴν αὐτοῦ καταφρόνησιν αὐξάνεσθαι ἐάσας. περιεβλήθη τὸν σάκκον, ὃν εἰρήκαμεν, ἐχαμεύνει, καὶ σχεδὸν ἐπαννύχιζε, τῆς τῶν παρεληλυθυιῶν ἁμαρτιῶν μνήμης μέγα πλῆθος τῶν δακρύων αὐτοῦ ἐκπιεζούσης. καθ' ἑκάστην τρὶς ἑαυτὸν δεινότατα ἐμαστίγου, καὶ τῇ προσευχῇ ἑπτὰ ὥρας ὁλοψύχως προσκαρτερήσας χαμαὶ ἐγονυπέτει. τῇ λειτουργίᾳ καὶ ταῖς τοῦ ἑσπερινοῦ, καὶ τοῦ ἀποδείπνου ἀκολουθίαις ψυχῇ προσεχεστάτῃ παρεγίνετο· ἥτις ὅσῳ πραότερον καὶ ταπεινότερον διέκειτο, τοσούτῳ ῥᾷον τὰς εἰσρύσεις τὰς οὐρανίους, καὶ τοὺς αἴνους τοὺς θείους ἐν τῷ ἐνδοτάτῳ μυελῷ ἐλάμβανε. δι' ἡμέρας ἅπαξ ἤσθιε, μόνῳ ἄρτῳ καὶ ὕδατι ἀγαπῶν, καὶ τοῦτον

τρόπον

dum ſingulis diebus ieiunabat, exceptis Dominicis, quibus obibat ſacra Confeſſionis & Euchariſtiæ myſteria. Tanto denique ſtudio appetitiones animi domabat, eaſque rationis ſubijciebat imperio, vt ſibi ſubtraheret illud omne, quod corpus aliquo voluptatis ſenſu poſſet afficere. Quocirca licet optimam corporis conſtitutionem eſſet ei largita natura, hanc tamen tanta vitæ aſperitas paucis diebus ita afflixit, vt magnam ei debilitatē attulerit.

CAPVT III.

Angitur ſcrupulis conſcientiæ, morbiſque tentatur; curatus diuinis reuelationibus illuſtratur. Memoria eius monimentum Minoreſſa.

NEque tamen iſta domandi corporis ratio tantùm vires eius extenuauit, quantùm animi ægritudo ſcrupulique fregerunt. Etenim quamuis omni cura totius vitæ maculas ſacra confeſſione deleuiſſet, vt diximus: Deus tamen, qui ſic eum exercere decreuerat, ad eum penitus expiandū, tantis animi moleſtijs exagitari permiſit, vt nec ab oratione leuamen, nec à ieiunijs, vigilijs, acerrimiſque flagellis, vel alio acerbitatis genere tanto vulneri remedium vllum

τρόπον καθ' ἑκάστην ἐνήστευσε, πλὴν τῶν κυριακῶν, αἷς τοῖς τῆς ἐξομολογήσεως καὶ τῆς εὐχαριστίας μυστηρίοις προσεφέρετο. τέλος δὲ τοσαύτῃ σπουδῇ τῶν τῆς ψυχῆς ἐπιθυμιῶν ἐκράτει, καὶ αὐτὰς τῇ τοῦ λόγου ἀρχῇ κατεδούλου, ἵνα πάντα τὸ σῶμα τέρπειν πως πεφυκότα ἑαυτῷ ὑφέλῃ. καίπερ τοίνυν μεγίστης εὐεξίας παρὰ τῆς φύσεως μεταλαβὼν, ὅμως αὐτὴν ὀλίγαις ἡμέραις ἡ τοῦ βίου αὐστηρότης οὕτως ἐκάκωσεν, ὥστε μεγάλην ἀῤῥωσίαν αὐτῷ ἐπιγενέσθαι.

Κεφάλαιον γ'.

Ταῖς τῆς συνειδήσεως ἀπορίαις ἀποθλίβεται, καὶ νοσεῖ· θεραπευθεὶς ταῖς τοῦ θεοῦ ἀποκαλύψεσι φωτίζεται· μνημεῖον αὐτοῦ ἐν τῇ Μινορίσσῃ κατασταθέν.

Καίτοι γε τοῦτον τὸν τρόπον ἐδαμάσατο τὸ σῶμα οὐχ οὕτως αὐτὸν, ὡς ἡ λύπη καὶ αἱ τῆς συνειδήσεως ἀπορίαι ἠσθένωσαν. εἰ καὶ γὰρ τὰς τοῦ βεβιωμένου βίου πάσας ἁμαρτίας, καθὼς εἴρηται, ἀκριβέστατα ἐξωμολόγησεν, ἀλλ' οὖν ὁ θεός γε, ὁ αὐτὸν τοῦ παντελῶς καθαρισθῆναι, οὕτως ἀσκεῖν προελόμενος, τοσαύταις λύπαις ἐνοχλεῖσθαι εἴασεν, ὥστε μηδ' ἐκ τῆς προσευχῆς κουφισθῆναι, μηδ' ἐκ τῶν νηστειῶν, ἀγρυπνιῶν, ἀδιαλάτων μαστιγώσεων, ἢ ἐκ τῆς ἄλλης αὐστηρότητος, τοσούτῳ τραύματι θεραπείαν τινὰ

vllum acciperet; quin tanta eum vis ægritudinis animi id temporis deprimebat, vt affixus solo hæreret, quasi vndis & tempestate maris oppressus. Atque illa procella tantum inualuit, vt quasi amisso gubernaculo, & omni consolatione destitutus, statuerit neque cibum, neque potionem gustare (nisi de vita periclitaretur) quoad esset optatam animi pacem & tranquillitatem adeptus. Hac lege sibi indicta, septem ipsos dies omni pastu atque potu sese abstinuit, nihil interim de quotidiana septem horarum oratione, nihil de trina verberatione, nihil de reliqua exercitatione remittens. Et eam quidem inediam porrò continuasset, nisi communicato cũ eo sacerdote consilio, cuius in aure peccata deposuerat, is omnino id fieri prohibuisset, & cibum sumere, interposito etiam obedientiæ nomine, iussisset. Audiens dicto fuit Ignatius, quamuis nihil admodũ de pristinis viribus decessisse sentiret. Propter quam simplicem obedientiam, & inflammatos animi motus cum diuina precatione coniunctos, lacrymarumque vbertatem, eum tandẽ recreare Deo est visum, eiusque mentem tam noua ac cælesti luce perfundere, ita animum tranquillare, tamque admirabilem ei spirituum discretionẽ largiri,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

τινὰ ἔχειν· ἀλλὰ δὴ καὶ εἰς τοσοῦτον ἀδημονίας τότε ἦλθεν, ὥστε τῷ ἐδάφει οἱονεὶ κυματούμενος καὶ χειμαζόμενος ἐκολλήθη. καὶ θύελλα ἐκείνη οὕτως ἐνίσχυεν, ὡς καθάπερ τὸ πηδάλιον ἀπολέσας, καὶ ἀπαράκλητος γενόμενος περιήρηται, μηδὲ τῆς βρώσεως, μηδὲ τῆς πόσεως γεύσασθαι (πλὴν εἰ περὶ τῆς ζωῆς κινδυνεύσειεν) ἕως ἂν τῆς ποθητῆς εὐθυμίας ἐπιτύχῃ. τοῦτον τρόπον ἑαυτῷ νομοθετήσας ἑπτὰ μὲν ἡμέρας τοῦ βρώματος καὶ τοῦ πόματος ἀπείχετο, καὶ μηδὲν τῶν δεήσεων τῶν δι' ἑπτὰ ὡρῶν γινομένων, μηδὲ τῆς τριοστῆς μαστιγώσεως, μηδὲ τῶν λοιπῶν ἀσκήσεων ἐχάλασε. καὶ οὕτως ἀσιτῶν ἐπὶ πλέον ἂν διετέλεσεν, ἐὰν μὴ ὁ ἱερεὺς, ὁ τὰ ἁμαρτήματα αὐτοῦ ἐξομολογουμένου ἀκούων, καὶ τοῦτο παρ' αὐτοῦ κοινολογουμένου πυθανόμενος, κωλύσῃ μὴ γενέσθαι, καὶ φαγεῖν αὐτῷ δι' ὑπακοῆς ἱερᾶς ἐπιτάξῃ. καὶ τοῖς εἰρημένοις ὁ Ἰγνάτιος ἐπειθάρχησε, καίπερ τῆς ῥώμης τῆς προτέρας οὐ πάνυ μειωθείσης αἰσθόμενος. διὰ ταύτην δὲ τὴν ἁπλῆν ὑπακοὴν, καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ζέσιν, προσευχάς τε θείας, καὶ τὸ τῶν δακρύων πλῆθος, τῷ θεῷ ποτε ἔδοξεν αὐτὸν ἀναψύξαι, καὶ τὸν νοῦν αὐτοῦ οὕτω νέῳ καὶ οὐρανίῳ φωτὶ διαφωτίσαι καὶ γαληνῶσαι, καὶ τῶν πνευμάτων διάκρισιν οὕτω θαυμαστὴν αὐτῷ χαρίσασθαι, ὥστ' οὐδεὶς

ἦν,

largiri, neminem vt tanta vexaret religionis anxietas, quem non ab eodem ipse cōsultus omni molestia liberaret. Nec illud modò singulare beneficium in eum Deus contulit, sed insuper, vt suo loco dicemus, alia permagna beneuolentiæ signa monstrauit, vt illud Vatis vsurpare posset. *Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* Tanta porro luce Deus animum serui sui vel in his initijs collustrauit, adeoque accuratum studium ipse posuit in notanda ratione, & viâ, qua idem Deus ad se regendum, & ad cumulatissimæ virtutis gloriam perducendum vtebatur, vt, licet ad illud vsque tempus armorum studio fuisset deditissimus, & ita litterarum expers, vt legere solùm nosset & scribere; librum tamen sacrarum commentationum scripserit, doctrina cælestibusq; delitijs adeo refertum, facilè vt perspici possit, eum Spiritus Sancti gratia edoctum fuisse, qui, quod in eo deerat scientiæ doctrinæque, suppleuerit. Est enim incredibile, quantum fructum ex eo libro postea ceperint, qui ad sacras illas exercitationes & meditationes accesserunt, quantaque inde vtilitas ad omnem ecclesiam, nec minus ad religiosas familias, quàm ad

alios

ῆν, αὐτῷ ὑπὲρ τῆς αὐτοῦ ἀμηχανίας τὸ περὶ τὰ τῆς συνειδήσεως συμβουλευσάμενος, ἴσις οὐχ ὑπ' αὐτοῦ πάσης λύπης ἀπηλλάχθη· μὴ μόνον δὲ ταύτην τὴν δωρεὰν τὴν ἔξοχον ὁ θεὸς αὐτῷ ἔδωκεν, ἀλλὰ καὶ πάμπολλα τῆς εὐνοίας σημεῖα (καθὼς ἐν καιρῷ λεξόμενα) ἔδειξεν, ἵν' ἂν τὸ τοῦ προφήτου εἰπεῖν δύναιτο. Κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ὀδυνῶν μου ἐν τῇ καρδίᾳ μου, αἱ παρακλήσεις σου εὔφραναν τὴν ψυχήν μου. τοῦτον δὴ τρόπον ὁ μὲν θεὸς τὴν ψυχὴν τοῦ δούλου αὐτοῦ, καὶ ἐν ταύτῃ τῇ ἀρχῇ διεφώτισεν, αὐτὸς δὲ τοσοῦτον ἔφροντισε περὶ τὸ ἐπιτηρῆσαι τὴν μέθοδον, τῆς τοῦ θεοῦ κυβερνήσεως τῆς ἐν αὐτῷ γινομένης, τοῦ εἰς τὸ ἄκρον τῆς ἀρετῆς αὐτὸν παραγαγεῖν, ὥστε, καίπερ μέχρι τούτου μεγίστην ἐπιμέλειαν τῶν ὅπλων ποιησάμενος, καὶ οὕτως ἀπαίδευτος γινόμενος, ὡς μόνον ἀναγινώσκειν καὶ γράφειν ἐπίστατο, ἀλλ' ὅμως βιβλίον ἱερῶν μελετῶν τῆς ἐπιστήμης καὶ οὐρανίου τρυφῆς μεστὸν συνέταξεν, ὥστε φανερὸν γενέσθαι, ὅτι ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τοῦ τὸ τῆς τέχνης καὶ τῆς ἐπιστήμης ἐλλειπὲς ἐκπληρώσαντος, ἐδιδάχθη. ἄπιστον γάρ ἐστιν, ὅσων ἀγαθῶν οἱ περὶ τὰς ἱερὰς ἐκείνας μελέτας καὶ ἀσκήσεις σπουδάσαντες, ἐκ τούτου βιβλίου μετέπειτα ἀπολελαύκασι, καὶ ὅσων ὑπ' αὐτοῦ πᾶσα μὲν ἡ ἐκκλησία, οὐχ ἧττον δὲ αἱ τῶν ἀσκητῶν οἰκίαι, καὶ οἱ

ἄλλοι

alios quoscunque peruenerit. Eum librum Paulus III. Pont. Max. diligenter examinatum & expensum breui diplomate approbauit, quo cunctos ad eum legendum, animumque ad eas meditationes appellendum hortatur. Sed quia noster Ignatius in seipsum erat durior, nec quidquam de solita acerbitate remittebat, immoderatis laboribus corporis, & perpetuis animi contentionibus victus, in grauem morbum incidit, cui interea ciues Minoressani omnia necessaria magna charitate suppeditabant, quorum in animis tanta vis amoris in Ignatium est impressa, vt quamuis octoginta iam anni effluxerint, Minoressæ tamen exstet etiamnum recens & iucunda memoria, hæreantque vitæ illius monimenta non pauca. Incolæ enim & magna vsque hodie pietate frequentant ea loca, in quibus ille commorari & orare consueuerat, & eius precibus diuinam opem implorant. Quin etiam Ioannes Baptista Cardona, Doctor & Episcopus Vichensis (cuius in diœcesi Minoressa sita est) & electus Dertudensis, Minoressæ in Ecclesia B. Luciæ, antea Valetudinario pauperũ, vbi Societatis IESV auctor Ignatius pœnitentiæ duxit exordium, ad memoriam pœnitentiæ illius sempiternam

lapide-

ἄλλοι πάντες ὠφελήθησαν, τοῦτο τὸ βιβλίον Παῦλος ὁ τρίτος ὁ ἄκρος ἀρχιερεὺς ἀκριβῶς ἐξετάσας καὶ σταθμησάμενος βραχεῖ διπλώματι ἐκύρωσε, καὶ πάντας εἰς τὴν αὐτοῦ ἀνάγνωσιν, καὶ τὴν τῶν μελετῶν ἐκείνων σπουδὴν παρώξυνεν. ἀλλὰ μὴν ὁ Ιγνάτιος ἑαυτοῦ οὐ φειδόμενος, οὐδέ τι αὐστηρᾶς διαίτης τῆς εἰωθυίας παραλείπων διὰ τὴν τοῦ νοὸς συνεχῆ ὁρμὴν δεινῇ νόσῳ περιέπεσεν, ᾧτινι οἱ Μινορεσαῖοι ἐν τούτοις πάντα τὰ ἐπιτήδεια φιλοφρόνως ἐπόρισαν, οἷστισι τοσαύτη εὔνοια εἰς τὸν Ιγνάτιον ἐνεβλήθη, ὥστε ἐν τῇ Μινορέσῃ, ὀγδοήκοντα ἐτῶν νυνὶ παρεληλυθότων, ἔτι καὶ νῦν τὴν αὐτοῦ ἀνάμνησιν νέαν καὶ ἡδεῖαν σώζεσθαι, καὶ τοῦ βίου αὐτοῦ μνήματα πολλὰ διαμένειν. οἱ γὰρ ἔνοικοι μέχρι τῆς σήμερον ἡμέρας ὡς μάλα εὐλαβῶς εἰς τούσδε τοὺς τόπους, ὅπου αὐτὸς διάγειν καὶ προσεύχεσθαι εἴωθε, φοιτῶσι, τὴν τοῦ θεοῦ βοήθειαν τῇ αὐτοῦ δεήσει ἀνακαλοῦντες. πρὸς τούτοις ὁ Ιωάννης Βαπτιστὴς Καρδώνας ὁ τῆς θεολογίας διδάσκαλος καὶ ἐπίσκοπος τῶν Βιχέων (ἐν οὗ διοικήσει ἡ Μινίρεσα κεῖται) καὶ ἐκλεκτὸς τοῦ Δερτουσέων, ἐν Μινορέσῃ ἐν τῷ ἱερῷ τῆς ἁγίας Λουκίας τῷ πρότερον νοσοκομείῳ τῶν πτωχῶν γενομένῳ, ὅπου ὁ Ιγνάτιος τὴν τῆς μετανοίας ἀρχὴν ἐποιήσατο, εἰς τὴν αὐτῆς ἀΐδιον μνήμην

lapideam pyramidem prçclara cum inscriptione erigendam curauit, quam, quia res est singularis, hominumque regionis illius iudicia de sanctitate Patris nostri testatur, huc afferendam putaui. Est autem eiusmodi.

Ignatio de Loiola Bertrandi filio, Cantabro, Clericorum Societatis IESV parenti: qui anno ætatis suæ trigesimo in arce Pampelonensi cum Gallis acriter pro patriæ defensione pugnauit, & acceptis mortiferis plagis, iisque singulari Dei ope curatis, incensus desiderio adeundi loca sancta vrbis Hierosolymorum, dedit se in viam voto castitatis obstrictus, & relictis armis, quæ tanquam miles secum portarat, iisque in æde B. Virginis Montisserrati suspensis, sacco vestitus ac penè nudus, cœpit superioris vitæ peccata deflere, & vt nouus Christi miles inedia, lacrymis & oratione semetipsum vlcisci.

In memoriam tantæ rei Deique gloriam, honorem & splendorem Societatis eius, Ioannes Baptista Cardona Valenti-

λιθίνην πυραμίδα σὺν ἐπισήμῳ ἐπιγραφῇ κατέστησεν, ἣν ὡς ἐξαίρετον οὖσαν, καὶ τὴν τῶν ἐπιχωρίων ἐκείνων γνώμην, τὴν περὶ τῆς τοῦ πατρὸς ἡμῶν ἁγιότητος μαρτυροῦσαν, ἐμοὶ ὧδε προσθεῖναι ἔδοξεν. ἡ δὲ ἐπιγραφὴ τοιαύτη ἐστί.

Τῷ Ἰγνατίῳ Λοϊολαίῳ τῷ τοῦ Βερτράνδου υἱῷ, Καντάβρῳ, τῶν κληρικῶν τῆς ἑταιρίας Ἰησοῦ ἀρχηγῷ· ὃς μὲν τριάκοντα ἔτη γεγονὼς ἐν τῇ τῆς Παμπελῶνας ἀκροπόλει ὑπὲρ τῆς πατρίδος τοῖς Κέλταις ἀνδρείως μαχεσάμενος, καὶ ἐπιθανάτως πληγείς, θείως ἐθεραπεύθη· ἐπιθυμήσας δ' εἰς τοὺς ἁγίους τόπους τῆς πόλεως τῶν Ἱεροσολύμων ἀποδημεῖν, τὴν ὁδοιπορείαν ἀνεδέξατο, τὴν αὐτοῦ ἁγνείαν τῷ Θεῷ εὐξάμενος, καὶ τὰ ὅπλα, ἅπερ ὡς στρατιώτης ἐκόμισεν, ἐν τῷ τῆς μακαρίας παρθένου ναῷ τῷ ἐν Μοντισεῤῥάτῳ ἀνατεθέντα καταλιπών, τὸν σάκκον περιβεβλημένος, καὶ σχεδὸν γυμνὸς ὤν, τὰς τοῦ προτέρου βίου ἁμαρτίας θρηνῆσαι, καὶ ὥσπερ νέος στρατιώτης τοῦ Χριστοῦ, τῇ ἀσιτίᾳ, τοῖς δάκρυσι καὶ τῇ προσευχῇ ἑαυτὸν τιμωρῆσαι ἐξῆρχεν.

Εἰς ταύτης τῆς ἀνδραγαθίας μνήμην, καὶ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ, τήν τε τῆς ἑταιρίας αὐτοῦ τιμὴν καὶ κλέος, ὁ Ἰωάννης Βαπτιστὴς Καρ-

nus, Episcopus Vichensis, & Dertudensis electus, pro suo in ipsius Patris sanctitatem atque eius ordinem amore, hunc lapidem hoc in loco collocandum curauit vt sanctißimo viro, cuique vniuersa Christiana respublica multum deuincta est, Sixto V. Rom. Pont. & Catholico Rege Hispaniarum maximo Philippo II.

CAPVT IIII.

Religionis ergo Romam, inde Hierosolymam contendit, quaque ei hac in peregrinatione contigerunt.

IAm verò cùm aliquantulum recreatus videretur ex morbo, in eum iterum & tertiò relapsus est, propterea quòd inuicto constantique animo sibi maius onus, quàm ferre posset, imponeret. Sed vsu tandem edoctus & incredibili stomachi dolore ac hyemis asperitate victus, de sententia amicorum, corpus duabus tunicis vilibus, cineritij coloris breuibus horridisque operuit, caput verò eiusdem coloris dimidiato velut cucullo contexit. Ac in eo quidem vitæ genere noster Ignatius annum pæne Minoressæ commoratus constanter perseuerauit. Sed quoniam Deus cum

δώνας Οὐαλεντιαῖος ὁ ἐπίσκοπος τῶν Βιχέων, καὶ ἐκλεκτὸς τῶν Δερτυδέων, κατὰ τὴν αὐτοῦ ἀγάπην τὴν πρὸς τοῦ πατρὸς ἁγιότητα καὶ αὐτοῦ τάξιν, τήνδε τὴν στήλην ὡς ἁγιωτάτῳ ἀνδρὶ ὅλον τὸ τῶν χριστιανῶν κοινὸν μεγάλα εὐεργετήσαντι ὧδε κατέστησεν, ἐπὶ τοῦ Σίξτου Πάπα, καὶ τοῦ Φιλίππου τοῦ δευτέρου τῆς Ισπανίας βασιλέως καθολικοῦ.

Κεφάλαιον δ'.

Τῆς εὐσεβείας ἕνεκα εἰς τὴν Ῥώμην, κἀκεῖθεν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα πορεύεται· καὶ τὰ αὐτῷ ἐν τῇ ἐκείνῃ ἀποδημίᾳ συμβάντα.

ΕΠὶ ποσὸν δ' ἐκ τῆς ἀσθενείας ἀναρρῶσθαι νομισθεὶς τῇ αὐλῇ τὸ δεύτερον καὶ τρίτον προσέπεσεν, ἀνθ' ὧν ἀπλήστῳ καὶ εὐσταθεῖ θυμῷ μεῖζον φορτίον, ἢ καθ' ἑαυτὸν, ἤρατο. ἀλλὰ μὴν τελευταῖον τῷ ἔργῳ πειραθεὶς, τῇ τε μεγίστῃ κακοστομαχίᾳ, καὶ τῇ τοῦ χειμῶνος χαλεπότητι νικηθεὶς, κατὰ τὴν τῶν φίλων γνώμην, δύο μὲν χιτωνίσκους εὐτελεῖς, βραχεῖς, τεφρώδεις καὶ τραχεῖς ἐνεδύσατο, ἐπὶ δὲ τὴν κεφαλὴν ἡμιπίλιον ὁμόχρουν ἔλαβε. καὶ οὕτω μὲν ὁ Ιγνάτιος ἐν τῇ Μινορέσῃ σχεδὸν ἔτος τὸν βίον ἀμετακινήτως διήγαγεν· ὁ δὲ θεὸς, ὁ αὐτὸν εἰς τὰ μείζω προορίσας, ἐκ τῆς ἐρημίας ἐκείνης ἀνεκάλεσε, καὶ τὸν πόθον τοῦ εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα πορευθῆναι αὐτῷ ἐνεποίησεν. ἐκ τῆς οὖν Μινορέσης

ἀπῆλθεν ὑπὸ τοῦ θεοῦ μόνου παραπεμφθείς, ᾧτινι μόνος συνομιλεῖν, ἄνευ τοῦ τῶν συνοδοιπόρων ἐμποδισμοῦ, ἐφίετο, καίπερ πολλῶν αὐτῷ συνοδεύειν θελησάντων· αὐτὸς δὲ μόνος εἰς τὴν Βαρκινῶνα ἐβάδισεν, ἐκ τῆς τοῦ θεοῦ πατρικῆς προνοίας καὶ νεύματος παντελῶς ἀναρτᾶσθαι, καὶ μηδεμίαν ἐλπίδα ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἔχειν ἐπιποθῶν. ἥκων εἰς τὸν τῆς Βαρκινῶνος ναόν, τοῦ τῆς ὁμιλίας ἀκούειν, εἰσελθών, ἐν τοῖς τοῦ θυσιαστηρίου βαθμοῖς μεταξὺ τῶν παίδων ἐκάθισεν. αὐτόθι τῇ Ἐλισαβέτῃ Ῥοσέλλῃ τῇ εὐγενεῖ γυναικὶ τὸν ἀπόδημον ἡμῶν προσβλεψάσῃ, οὐκ ἄλλα ὅπως τὸ πρόσωπον αὐτοῦ περιλάμπειν (καθὼς αὐτὴ ἐμοὶ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἔφη) καὶ τῆς φωνῆς τῆς αὐτὸν προσκαλεῖσθαι κελευούσης ἀκούειν ἔδοξε. Διόπερ τῆς ὁμιλίας τελεσθείσης, εὐθέως αὐτὸν τῷ τῆς ἀνδρὶ αὐτῆς συναριστᾶν, εὐμενῶς ἐκάλεσε. παρὰ δὲ τὴν εὐωχίαν πάντες αὐτοῦ περὶ τῶν θείων πραγμάτων μάλα σεμνῶς διαλεγομένου, καὶ εἰς τὸν τοῦ ἀληθινοῦ καὶ μεγίστου ἀγαθοῦ ἔρωτα σφόδρα ἐπιεικῶς παρορμῶντος ἠγάσθησαν. κἀκεῖ μὲν μυοπάρωνος ἐπιβῆναι ἤμελλε, καθὼς ἤδη τῷ ναυάρχῳ συνεφώνησε, τῆς δ' Ἐλισαβέτης συμβουλευούσης, τὴν συνθήκην μεταβαλών, καὶ τὴν μυοπάρωνα καταλιπὼν (ἣ ἐνώπιον τῆς πόλεως ἵστατο) εἰς ἄλλην ναῦν ἐνέβη, καὶ σῶος εἰς τὴν

Caietam incolumis tenuit, vnde magnis cum incommodis & laboribus Romam petijt. Etenim anno CIↃ. IↃ. XXIII. vt grauis pestilentia Italiam peruaserat, factum est, vt omnibus passim tectis ac mœnibus arceretur, & vbicunque nox eum occuparet, ibi subsistere cogeretur, neque vel tantillum progredi posset fame ac debilitate confectus. Nihilominus tamen quacunque ope potuit Romam Dominico Palmarum die peruenit, stationes vrbis augustaque ac sancta loca adiuit, atque apostolicam benedictionem ab Adriano VI. qui tum Dei Ecclesiam administrabat, accepit.

Romæ cùm ad dies quindecim subsisteret, multi Hierosolymitanam ei peregrinationẽ dissuadere conati sunt, obijciendis nauigationis longæ & infestæ periculis, durioris annonæ & morborum incommodis: sed obfirmatus eius animus omnes illorum conatus elusit. Quin etiam leuiter persuasus à quibusdam, vt ad persoluendum naulum septem vel octo aureos nummos acciperet, eos mox accepisse pœnituit, quòd id minimè conuenire, & cum extrema paupertate, quam maximè diligebat, pugnare videretur; quare factis obuiam pauperibus eos diuisit. Iam verò incredibile dictu est, quanta, quàm grauia pertulerit in tam longinqua peregrinatione in-

Καϊάτιαν ἀφικόμενος, ἐκεῖθεν δυσχερῶς καὶ ἐπιπόνως εἰς τὴν Ῥώμην ἐπορεύθη. τῷ γὰρ ἔτει αφκγ', τοῦ λοιμοῦ τὴν Ἰταλίαν καταλαβόντος, πάντων οἴκων καὶ τειχῶν πανταχοῦ ἀπείρχθη, καὶ ὅπουπερ ἂν αὐτῷ ἡ νὺξ ἐπέλθῃ, ἐκεῖ μένειν ἠναγκάσθη· οὐδὲ καὶ μικρὸν προελθεῖν ἠδυνήθη τῷ λιμῷ καὶ τῇ ἀσθενείᾳ καταπονηθείς. οὐχ ἧττον ὅμως, ὁποίᾳ οὖν βοηθείᾳ, τῇ τῶν βαΐων κυριακῇ εἰς τὴν Ῥώμην ἦλθε, καὶ τὰς τῆς πόλεως στάσεις, σεμνούς τε καὶ ἁγίους τόπους φοιτήσας τὴν ἀποστολικὴν εὐλογίαν παρὰ τοῦ Ἀδριανοῦ ς'. τοῦ τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ τότε κυβερνῶντος ἔλαβεν.

Ἐν Ῥώμῃ δὲ περὶ πεντεκαίδεκα ἡμέρας ἐπιμείναντα, πολλοὶ τῆς ἀποδημίας τῆς εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα ἀποτρέψαι ἐπεχείρησαν, τούς τε τοῦ μακροῦ καὶ δυσχεροῦς πλοῦ κινδύνους, καὶ τὰς χαλεπότητας τῆς σιτοδείας καὶ τῶν νοσημάτων προβάλλοντες· ἀλλὰ διὰ τὸ αὐτὸν ἐγκαρτερεῖν τῷ δεδογμένῳ, τῆς ἐπιχειρήσεως αὐτῶν ἀπέτυχον. καὶ μὴν καὶ ἐλαφρῶς ὑπό τινων πεισθεὶς τὸ ναῦλον τῶν ἑπτὰ ἢ ὀκτὼ χρυσῶν λαβεῖν, τούτου αὐτῷ παραυτίκα μετέμελεν, ὅτι μηδαμῶς προσήκειν, ἀλλὰ τῇ ἐσχάτῃ πενίᾳ, ἣν ὡς μάλιστα ἠγάπα, ἐναντιοῦσθαι ἐδόκει· διὸ τοῖς πτωχοῖς αὐτίκα σὺν αὐτοὺς διένειμεν. πρὸς τούτοις ἄπιστον τοῦ λέγειν ὑπάρχει, πόσας δυσχερείας ἐν τῇδε τῇ ἀποδημίᾳ

ne incommoda. In publico quippe pernoctare, omnes eum à se repellere, ac veluti quoddam mortis simulacrum horrere, etiam eiusdem viæ comites & socij, squallore corporis atque oris pallore deterriti. Sed, qui testatur Dominus: *Non dimittam, neque derelinquam te*, Quiosâ Patauium abeunti in æquata agri planicie adesse visus, eum suauitate præsentiæ suæ recreauit, atque ad toleranda pro amore suo multò duriora erexit, facilem denique tum Patauij, tum Venetijs ingressum præbuit: qua in vrbe legatum Caroli Cæsaris & Hispaniarum Regis conueniendum sibi non putauit, quòd non humanam gratiam, sed tantummodo diuinam expetecet. Sed ecce Venetijs noua difficultas rursus exorta est; quia non defuerunt, qui iterum eius nauigationis cogitationem ex animo conarentur euellere, propterea quòd anno superiore Rhodus insula in Solymanni Turcarum Imperatoris potestatem venisset, & febri fuisset afflictus Ignatius. Verùm nullæ machinæ potuerunt aut eius animi magnitudinem vincere, aut spem debilitare, quin si vel actuariolum è portu solueret, eo Hierosolymam ipse, Deo duce, traijceret.

Interea de more victum ostiatim quærebat, & in publica Sancti Marci area, eius ciuita-

ὑπέμεινεν. ἐν τῷ γὰρ προθύρῳ διενυκτέρευει· πάντες, καὶ οἱ συνοδοιπόροι, αὐτὸν ὡς εἰκόνα τοῦ θανάτου ἀπώθουν, τῷ τοῦ σώματος αὐχμῷ καὶ τοῦ προσώπου αὐτοῦ ὠχρότητι καταπληχθέντες. καίτοι ὁ κύριος ὁ μαρτυρήσας· οὐκ ἐγκαταλείψω σε, οὐδ᾽ ὑπερόψομαί σε, ἐκ Κυιώσης εἰς τὸ Παταύϊον ἀπερχομένῳ, ἐν εὐρεῖ πεδίῳ ἐφάνη, τῇ τῆς παρουσίας αὐτοῦ ἡδύτητι αὐτὸν ἀναψύξας καὶ ἔτι δεινότερα ὄντα, ὑπὲρ ἀγάπης αὐτοῦ, παθεῖν παροξύνας, τελευταῖον τὴν εἰς τὸ Παταύϊον καὶ τὰς Ενετίας εἴσοδον ῥᾳδίαν αὐτῷ παρεῖχεν· ἐκεῖ δὲ τῷ πρέσβει τοῦ Καρόλου τοῦ αὐτοκράτορος καὶ βασιλέως τῆς Ισπανίας ἐντυχεῖν οὐκ ἠθέλησε, τῆς τοῦ θεοῦ μόνου, ἀλλ᾽ οὐ τῶν ἀνθρώπων χάριτος ἐπιθυμῶν. ἰδοὺ δὲ καινὴ δυσχέρεια ἐν ταῖς Ενετίαις αὐτῷ συνέβη, πειρωμένων τινῶν πάλιν αὐτὸν τοῦ πλοῦ παντάπασιν ἀποτρέψαι, ἀνθ᾽ ὧν ὁ Σολύμαννος ὁ τῶν Τουρκῶν βασιλεὺς τὴν Ρόδον πέρυσι ὑπέταξε, καὶ ὁ Ιγνάτιος πυρέττειν ἤρξατο. καίτοι ἡ μεγαλοψυχία αὐτοῦ μηδεμιᾷ μηχανῇ ἡττᾶσθαι, μηδ᾽ ἡ ἐλπὶς καταλύεσθαι ἠδυνήθη, αὐτοῦ οὕτω τῷ δεδογμένῳ ἐγκαρτεροῦντος, ὥστε πρόθυμον εἶναι, καὶ ἐν καπήρει πλοίῳ τοῦ λιμένος ἐξορμιζομένῳ, ὁδηγοῦντος Ἰοῦ θεοῦ, εἰς τὰ Ιεροσόλυμα διαπερᾶν.

Ἐν τούτοις ἐξ ἔθους αὐτοῦ τὸν βίον κατὰ θύρας συλλεγομένου, καὶ ἐν τῇ τοῦ ἁγίου Μάρκου πλατείᾳ τῇ

δημο-

ciuitatis potissima, noctem exigebat, quando Senatorem è prima nobilitate suauiter quiescentem in lectulo cælestis eiusmodi vox excitauit è somno: Quorsum tam mollis & exquisitus accubitus? domus adeo magnifica & lauta, interim dum seruus meus pernoctat nudus & pauper in publico? tú in pretioso strato decumbis; ille iacet in humo nuda sub dio. Hic ille ingenti metu perculsus confestim è lecto se corripit, peregrinum quærit diligenter, deprehensúmque in area D. Marci humi cubantem, cùm eum esse sentiret de quo vox illa monuerat, domum deduxit ac perhonorificè liberaliterque tractauit. Sed cùm honores & delitias eiusmodi respueret, incidissetque in popularem quendam ac veterem sodalem suum, multis ab eo precibus rogatus à lautiore hospitio ad eius conuictum se recepit. Haud longo interuallo ad Andream Grittum Venetorum ducem accessit, ab eoque contendit, vti eius auctoritate, prima nauigatione facultas sibi transmittendi mare gratis concederetur. Annuit ille, præcepitque, vt prætoria naui, qua nonus Gubernator vehebatur, sine naulo in Cyprum transportaretur. Soluit igitur prid. Id. Iul. anno CIↃ. IↃ. XXIII. quo die æger medicinam hauserat, quamuis ob hoc medici manife-

δημοσίᾳ, καὶ μεγίστῃ τῆς πόλεως οὔσῃ τὴν νύκτα
διάγοντος, τοιαύτη φωνὴ οὐράνιος βουλευτὴν πο-
να εὐγενέστατον ἐν τῇ κλίνῃ ἡδέως ἀναπαυόμενον,
τοῦ ὕπνου ἐξέγειρε· περὶ τί οὕτω μαλακὴ καὶ ἐξη-
κριβωμένη ἀνάκλισις; οἶκος οὕτω μεγαλοπρεπὴς καὶ
λαμπρὸς, τοῦ δούλου μου γυμνοῦ καὶ πένητος δημο-
σίᾳ μεταξὺ νυκτερεύοντος; σὺ μὲν ἐν κλίνῃ πολυτε-
λεῖ κεῖσαι, ἐκεῖνος δ' ἐν ὑπαίθρῳ χαμευνεῖ. τό-
τε δὴ ἐκεῖνος εἰς μέγιστον φόβον καταστὰς ἐξαί-
φνης ἑαυτὸν ἐκ τῆς κλίνης ὑφεῖλε, καὶ τὸν ξένον
σπουδαίως ζητήσας, ἐν τῇ τοῦ ἁγίου Μάρκου πλα-
τείᾳ χαμευνοῦντα εὗρε, καὶ ἐπιγνωσθέντα, ὅτι
αὐτὸς ἦν, ὅνπερ ἡ φωνὴ ἐδήλωσεν, οἴκαδε προσα-
γαγὼν, μάλα φιλοτίμως καὶ ἐλευθεροπρεπῶς
ἐδέξατο. ἀποπλύων δὲ τοιαύτας τὰς τιμὰς καὶ τρυ-
φὰς συμπατριώτῃ τινὶ καὶ παλαιῷ αὐτοῦ ἑταί-
ρῳ ἐνέτυχεν, ὑφ' οὗ πολλὰ αἰτηθεὶς ἐκ τοῦ δαψι-
λοῦς καταλύματος πρὸς αὐτὸν μετώκησε. μετ'
οὐ πολὺ δὲ χρόνον τῷ Ἀνδρέᾳ Γρίττᾳ τῷ τῶν
Ἐνετῶν ἄρχοντι προσελθὼν, αὐτὸν ἠξίωσε κελεύειν
διδόναι αὐτῷ ἐξουσίαν, τῷ πρώτῳ πλῷ δωρεὰν τὸ
πέλαγος διαπερᾶν. τοῦτο ὁ ἄρχων χαρισάμενος,
αὐτὸν εἰς τὴν Κύπρον ἐν τῇ στρατηγίδι, ἐν ᾗ ὁ νέος
κυβερνήτης ἔπλει, διακομίζεσθαι ἀναυλεὶ προσέτα-
ξεν. ἀπῆρε τοίνυν Ἐνετίηθεν τῇ ιδ' τοῦ Ἰουλίου τῷ τῆς
θεογονίας ἔτει α φ' κ γ', αὐθήμερον διὰ τὸ νόση-
μα φαρμάκῳ χρησάμενος, καίπερ τῶν ἰατρῶν
προδήλου

manifestum ei vitæ discrimen denunciarent. Sed superioris medici ductum secutus, breui inter nauigandum perfectam sanitatem recuperauit. Multa, vt fit, flagitia in ea naui committebantur, quæ noster peregrinus amore Dei vehementer incensus, magna libertate reprehendebat, quod cùm vectoribus minùs probaretur, de eo exponendo in deserta quapiam insula deliberarunt; verùm ad eam appropinquantes nautæ aduerso repente vento naui reiecta non potuerunt cogitata perficere. In hac nauigatione Deus suæ præsentiæ suauitatem ei sæpius impertiuit, eius animum spe roborauit, & incredibili gaudio confirmauit, tandem prid. Kal. Sept. saluum & incolumem Ioppem inuexit, Hierosolymamque ante diem XVIII. Kal. Octobr. perduxit. Magis est cogitare quàm dicere, quanta voluptate Deus eum perfuderit, cùm primùm sanctam illam ciuitatem vidit, quanta gratia in ea commorantem affecerit, quantam alacritatem attulerit, cùm ea loca venerabundus adiret, quæ Dominus sua præsentia consecrauit, quanta consolatione permulserit illius diuini beneficij memoria, quod nulla mens aut cogitatio capere possit. Constituerat Hierosolymis reliquum vitæ suæ tempus degere, hominumque saluti pro sua virili transmit-

περίδηλον τοῦ βίου κίνδυνον αὐτῷ ἀπαγγελλόντων.
καίτοι τῇ τοῦ ἰατροῦ τοῦ ἄνω ἀγωγῇ ἑπόμενος,
ἐν βραχεῖ μεταξὺ πλέων ἐθεραπεύθη. πολλὰ δὴ
ἀδικήματα κατὰ τὸ εἰωθὸς ἐν τῇ νηῒ ἐκείνῃ ἐγέ-
νετο, οἷς ὁ ἡμῶν ἀπόδημος τῇ φιλοθείᾳ σφόδρα
ἀναφθεὶς μετὰ μεγάλης παρρησίας ἐπετίμησε·
τούτῳ δὲ οἱ σύμπλοι δυσχεραίνοντες περὶ τοῦ
μὲν αὐτὸν εἰς τὴν ἔρημον νῆσόν τινα ἐκτιθέναι
ἐβουλεύσαντο· αὐτῇ δὲ οἱ ναῦται ἐγγίσαντες,
διὰ τὸ τὸν ἄνεμον ἐναντίον τὴν ναῦν ἀποβάλλειν,
τὰ διανενοημένα ἐπιτελεῖν οὐκ ἠδυνήθησαν. ἐν
τούτῳ τῷ πλῷ ὁ θεὸς τὴν τῆς παρουσίας αὐτοῦ ἡ-
δύτητα πολλάκις δωρησάμενος, τῇ τε ἐλπίδι τὴν
αὐτοῦ ψυχὴν κραταιώσας, καὶ χαρᾷ ἀπίστῳ
ἰσχυρίσας, τελευταῖον εἰς τὴν μὲν Ἰόππην τῇ λ α.
τοῦ Αὐγούστου, εἰς δὲ τὰ Ἱεροσόλυμα τῇ ι δ', τοῦ
Σεπτεμβρίου σῶον αὐτὸν καὶ ὑγιῆ διήγαγε. καὶ μὴν
ῥᾷόν ἐστιν ἐνθυμεῖσθαι, ἢ διηγεῖσθαι, ὅσον αὐτὸν, ἅμα
ἐκείνην τὴν ἁγίαν πόλιν εἰσεώρακεν, ὁ θεὸς εὐ-
φρηνεν, ὅσον ἐκεῖ διατρίβοντα ἐχαρίτωσεν, ὡς
ἐντυγχάνοντα τοῖς τόποις ἐκείνοις, οὓς ὁ κύριος
τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ ἡγίασε. περίθυμον κατειργά-
σατο, ὅσον αὐτὸν ἡ μνήμη τῆς θείας ἐκείνης
εὐεργεσίας, τῆς πάντα νοῦν καὶ λογισμὸν ὑπερ-
βαινούσης παρεκάλεσε. προείλετο μὲν τὸν λοι-
πὸν βίον τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐγχρονίζειν, καὶ ὑπὲρ
τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας αὐτὸν κατὰ δύναμιν
ἀναλίσκειν.

transmittere, quamuis hoc postremum nulli patefaciendum putaret, ne quisquam eum laudandi, vel de eo bene sentiendi hinc occasionem acciperet. Sed cum voluntatem in ijs sedibus restandi Præposito Prouinciali Franciscanorum exposuisset, multis grauibusque incommodis ex eo cognitis, de Patris ipsius sententia, Deique nutu eum ad maiora vocantis, in Hispaniam renauigare decreuit, & illud vitæ genus amplecti, quod Deus sibi gratum acceptumque esse monstrasset. At priusquam Hierosolyma decederet, reuisendi montis Olіueti, in cuius saxo cernuntur adhuc Christi ascendentis in cælum impressa vestigia, mira eum incessit cupido; quo vt voto potiretur, clàm se subduxit, & nullo duce, nullo comite, nullo Turca custode (quæ res est ibi plena periculi) solus properauit ad montem. Cùm desiderij sui compos abscessisset inde, noua cupiditate rursum incensus notandi qua cæli plaga situm esset dexteri, qua sinistri pedis vestigium, iterum ad eundem recurrit: cumque vt admitteretur nihil haberet, quod pro mercede custodibus daret, cultellum & forficulas obtulit. Quamuis autem & Franciscanæ familiæ Patres, & Christianus ab ijs ad hominem perquirendum missus, acriter eum increparent, solitam tamen animi

ἀναλίσκειν, εἰ καὶ τοῦτο τὸ ὕστερον μηδενὶ φανερῶσαι ἠβουλήθη, ἵνα μή τις τοῦ ἐπαινεῖν, ἢ καλῶς περὶ αὐτοῦ γινώσκειν ἀφορμὴν ἐκ τούτου λάβῃ. ταύτην δὲ αὐτοῦ προαίρεσιν τοῦ ἐκεῖ ἐπιμένειν, τῷ προστάτῃ τῶν τοῦ ἁγίου Φραγκίσκου δηλώσας, πολλά τε καὶ δεινὰ δυσχερήματα ἐκ τούτου γενησόμενα παρ' αὐτοῦ πυθόμενος· κατὰ τὴν ἐκείνου τοῦ πατρὸς γνώμην, καὶ τὸ τοῦ θεοῦ θέλημα, τοῦ αὐτὸν πρὸς τὰ μείζω καλοῦντος, εἰς τὴν Ἱσπανίαν ἀναπλεῖν, καὶ τοῦτον βίον αἱρεῖσθαι ὑπέθετο, ὃν ἂν ὁ θεὸς αὐτῷ εὐάρεστον εἶναι ἐφανερώσῃ. πρὶν δ' ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων ἀπῆλθεν, εἰς μεγάλην ἐπιθυμίαν ἐνέπεσε τοῦ τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν πάλιν ἐπισκέπτεσθαι, ἐν οὗ πέτρᾳ τὰ τοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀναβάντος ἴχνη χαραχθέντα ἔτι φαίνεται· εἰς τὸ μὲν οὖν κατατυχεῖν τούτου, λάθρα ἑαυτὸν ὑπεξαγαγών, μηδενὸς ὁδηγοῦντος, μηδενὸς ἀκολουθοῦντος, μηδενὸς Τούρκου αὐτῷ φύλακος ὄντος (τοῦτο δὲ αὐτόθι ἐπικίνδυνόν ἐστι) μόνος εἰς τὸ ὄρος ἔσπευδε· καὶ ὅτε τοῦ αὐτοῦ ποθήματος ἐπιτυχὼν ἐκεῖθεν ἀπῆλθε, νέον πόθον εἶχε τοῦ γνωρίζειν, ἐν τίνι ἂν κλίματι τοῦ οὐρανοῦ τὸ τοῦ δεξιοῦ, ἐν τίνι τοῦ ἀριστεροῦ ποδὸς ἴχνος ἦν, αὖθις τοίνυν ἐπαλινδρόμησε· μηδὲν δ' ἔχων, ὅ,τι ἂν τοῖς φύλαξιν ἀντὶ μισθοῦ τοῦ προσιέναι ἐδίδω, μαχαίριον καὶ ψαλίδιον αὐτοῖς ἔδωκεν. ἀλλ' εἰ καὶ οἱ τοῦ ἁγίου Φραγκίσκου, καὶ Χριστιανός τις εἰς τὸ ζητῆσαι αὐτὸν ἀποσταλεὶς σφό-

δρα

animi tranquillitatem retinuit, quòd Christum præsentem & ad portam vsque cœnobij præeuntem cerneret; quo viso, supra modum recreatus, omnem cum gaudio molestiam superabat.

CAPVT V.

Hierosolymis in Hispaniam reuertitur, multisque eripitur periculis.

CVm autem peregrinus hic noster Hierosolymis in Italiam reuerteret, vt adulta hyeme, omnia glacie niuibusque concreuerant: interim linea dumtaxat veste, concisoque ad humeros thorace, & tunica breuiore semiamictus, calceis pedibus indutis, cruribus nudis incedebat. Cùm tres porro in insula Cypro naues offendisset velificari paratas, vnam Turcarum, Venetorum alteram, firmam illam omnibusq; rebus egregiè instructam; tertiam modicam, malè coagmentatam & vetustate cariosam. In hanc conscendit Ignatius, propterea quòd nauarchus Venetæ nauis eum propter egestatem repudiasset, addidissetque contumeliosè facetus: Si sanctitas eius hominum prædicationi responderet, calcaret pedibus freta si vellet, nihil esse metuendum, nullum vitæ discrimen aditurum. Tres igitur illæ, secundo quidem

vento

ὅρα αὐτὸν ἔψεγεν, ὅμως κατ' ἔθος εὐθυμῶν διετέλεσε, τὸν Χριστὸν παρόντα, καὶ ἕως τῆς τοῦ μοναστηρίου πύλης προσάγοντα εἰσορῶν· καὶ ταύτῃ τῇ ὁράσει ὑπερβαλλόντως ἀναψυχθεὶς, πάσης δυσχερείας ἐπιχαρῶς περιεγίνετο.

Κεφάλαιον έ.

Ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων ἀναστρέφων, πολλῶν κινδύνων ἐμπαλάττεται.

ΤΟύτου δὲ τοῦ ἀποδήμου ἡμῶν ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων εἰς τὴν Ἰταλίαν ἀναστρέφοντος, ὑπό τε ψύχους καὶ χιόνος (ὁ γὰρ χειμὼν ἤκμαζε) πάντα κατεπέπηγεν· ἐν τῷ μεταξὺ αὐτὸς μόνον λινᾶς ἀναξυρίδας καὶ θώρακα ἐν τοῖς ὤμοις ῥακώδη, καὶ χιτῶνα βραχέα ἐνδεδυμένος, καὶ τοὺς μὲν πόδας ὑποδεδημένος, τὰ δὲ σκέλη γυμνὸς ἂν ἐπορεύθη. ἐνεργὸν δ' ἐν τῇ Κύπρῳ τρεῖς ναῦς ἱστοδρομεῖν ἑτοιμασθείσας, τὴν μὲν τῶν Τουρκῶν, τὴν δὲ τῶν Ἐνετῶν, βεβαίαν οὖσαν, καὶ καλῶς παρεσκευασμένην, τὴν δὲ τρίτην μικρὰν, κακῶς τε κατηρτισμένην, καὶ τῇ παλαιότητι εὐρωτιῶσαν· εἰς ταύτην ὁ Ἰγνάτιος ἀνέβη, διότι ὁ ναύαρχος τοῦ Ἐνετοῦ πλοίου διὰ τὴν πενίαν αὐτὸν ἀποβαλὼν ὑβριστικῶς ἐκόμψευσεν· εἰ ἡ αὐτοῦ ἁγιότης (ἔφη) τῇ τῶν ἀνθρώπων εὐφημίᾳ συνεφώνει, τὸ πέλαγος ἂν πατήσειεν οὐδὲν φοβούμενος, καὶ ἀπολείας οὐ κινδυνεύσεται. τρεῖς τοίνυν νῆες ἐξ αὐρίας

μὲν

vento simul soluerunt, sed præcipitante iam die coorta est atrox & sæua tempestas, qua Turcica cum omnibus omnino vectoribus fluctibus hausta perijt. Veneta in conspectu Cypri ad scopulum afflicta, saluis tamen hominibus, confracta est. Sola postrema, qua seruus Dei traijciebatur, anno CIƆ.IƆ.XXIIII. medio Ianuario Venetias incolumis tenuit. Hîc paucis diebus cum restitisset, vix se sursum commisit vt in Hispaniam remigaret, quindecim sexdecimue tantum nummis argenteis liberalitate cuiusdam donatus, pannique frusto ad fouendum stomachum nuditate & frigoris asperitate languentem. Quo in itinere Ferrariam cùm diuertisset, sacraque in æde supplex Deum oraret, mendicis quibusdam manus ad stipem porrigentibus largitus est quidquid pecuniarum acceperat; indeque egressus ostiatim ad cibum fragmenta panis precariò, suo more, quærere cœpit. Mox Genuam profectus, qua vel Hispanorum, vel Gallorum præsidijs cuncta tenebantur (quos inter tota Gallia cisalpina graue bellum exarserat) nec non ab Hispanis militibus comprehensus vt explorator male mulctatus, & vt fatuus irrisus est atque contemptus; sed & pugnis, & calcibus hominem contuderunt, vehementer in media verberum acerbitate

μετὰ ἀπέπλευσαν, τῆς δὲ ἡμέρας κεκλικυίας, δεινὸς καὶ χαλεπὸς χειμὼν γέγονεν, ἀφ' ἧ ἡ τῶν Τουρκῶν στιὼ πᾶσι τοῖς συμπλόοις παντελῶς κατέδυ· ἡ τῶν Ενετῶν ἐνώπιον τῆς Κύπρου προσβόλῳ προσπεσοῦσα, τῶν ἀνθρώπων σωθέντων, ἐρράγη. ἡ ἐσχάτη μόνη, ἐν ᾗ ὁ τοῦ θεοῦ δοῦλος ἤγετο, τῷ μεσοῦντι Ιανυαρίῳ τοῦ ἔτους α φ' κ' δ'. εἰς τοὺς Ενετίας σεσωσμένη ἀφίκετο. αὐτόθι ὀλίγας ἡμέρας ἀπομείνας πάλιν τῆς ὁδοῦ ἥψατο, ἵν' εἰς τὴν Ισπανίαν ἀναπλεύσῃ, παρά τινος πεντεκαίδεκα ἢ ἑκκαίδεκα μόνον ἀργύρια, καὶ τμῆμά τι τοῦ λίτου εἰς τὸ θάλπειν τὸν στόμαχον τῇ γυμνότητι καὶ τῇ τοῦ κρύους δεινότητι ἀσθενοῦντα ἐλευθερίως δωρηθέντα λαβών. ἐν τῇ ὁδοιπορείᾳ ταύτῃ εἰς Φερραρίαν καταλύσας, καὶ ἐν τῷ ναῷ τῷ θεῷ προσευξάμενος, τοῖς πτωχοῖς τισι τοῖς αὐτὸν προσαιτοῦσι πάντα τὰ χρήματα, ἅπερ ἔλαβεν, ἐδωρήσατο, κἀκεῖθεν ἐξελθὼν κατὰ θύρας, ἐξ ἔθους αὐτοῦ, κλάσματα τοῦ ἄρτου μεταιτῆσαι ἤρξατο. εὐθέως δ' εἰς τὴν Γένουαν πορευθείς, ὅπη ἤπερ οἱ Ισπανοί, ἤπερ οἱ Κέλται πάντα ἐφρούρουν (τούτοις γὰρ δεινὸς πόλεμος ἐν πάσῃ Γαλλίᾳ τῇ ἐντὸς Ἄλπεων πρὸς ἀλλήλους ἐγένετο) καὶ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν τῶν Ισπανῶν καταληφθείς, ὡς κατάσκοπος σφόδρα ἐκολάσθη, καὶ ὡς μωρὸς κατεγελάσθη καὶ κατεφρονήθη· ἔτι δὲ αὐτὸν μεταξὺ τῶν πληγῶν ἐπιχαίροντα ἐκολάφισαν καὶ

ἐπλέρνι-

bitate gaudentem. Dimissus ab Hispanis in stationes Gallorum incurrit, sed euentu dissimili, humaniter quippe ab ijs habitus, tandem Genuam Deo duce peruenit: inde periculoso & infesto pyratis mari Barcinonem reuectus, vt qui portus fuerat primus, idem esset eiusdem nauigationis extremus.

CAPVT VI.

Proximi iuuandi gratia, dat operam literis: acriter in vitam eius doctrinamque inquiritur, sed sana sanctaque deprehenditur.

Repetiuit Hispaniam Ignatius magna Deo seruiendi cupiditate incensus in eo genere vitæ, ad quod ab eo vocaretur, omnibus tamen in rebus proximi salute proposita. Capto igitur maturo consilio, reque Deo commendata, studia decreuit amplecti; vt ad diuinam gratiam etiam litterarum lumen accederet. Quamobrem id ætatis vir, annum enim agebat trigesimum tertium, Hieronymo Ardebalo, ludimagistro Barcinonensi, viro in primis bono & pietatis laude præstanti, in disciplinam se tradidit primis grammaticæ præceptis imbuendum, Elisabetha interim Rosella, quam diximus, matrona pia & nobili,

ἐπείρησαν. ὑπὸ τῶν Ἱσπανῶν ἀφεθεὶς τῇ τῶν Κελτῶν φρουρᾷ περιέπεσεν, ἀλλ' ἀνομοίῳ συμβάματι· φιλανθρώπως γὰρ αὐτῷ ἐχρήσαντο. τελευταῖον σὺν τῷ θεῷ εἰς τὴν Γένουαν ἀφίξας ἐκ ζωότης ἐπὶ κινδυνώδεις καὶ διὰ τοὺς πειρατὰς ἐπισφαλοῦς πελάγους εἰς τὴν Βαρκινῶνα ἀνέπλευσε, τοῦ δὲ πρώτου αὐτῷ γενομένου λιμένα, καὶ τὸν τοῦ αὐτοῦ πλοῦ ἔσχατον εἶναι.

Κεφάλαιον ς'.

Ὑπὲρ τοῦ τὸν πλησίον ὠφελῆσαι περὶ τὰ γράμματα σπουδάζει· ὁ βίος καὶ ἡ διδασκαλία αὐτοῦ ἀκριβῶς ἐξεταζομένη ὑγιαίνουσα καὶ ἁγία εὑρίσκεται.

Εἰς τὴν Ἱσπανίαν ὁ Ἰγνάτιος ἐπανελθών, μεγάλην εἶχεν ἐπιθυμίαν τοῦ τῷ θεῷ ἐν ταύτῃ τοῦ βίου πολιτείᾳ δουλεύειν, εἰς ἣν ὑπ' αὐτοῦ ἂν κληθῇ, ἀλλ' ἐν πᾶσι τὴν τοῦ πλησίου σωτηρίαν προαιρούμενος. ἀκριβῶς οὖν βουλευσαμένῳ, καὶ τὸ πρᾶγμα τῷ θεῷ συστήσαντι δέδοκται, περὶ τὰ γράμματα σπουδὴν ποιεῖσθαι, ἵνα τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι καὶ τὸ τῆς παιδείας φῶς ἐπιγένηται. Διόπερ τοσαύτην ἡλικίαν ἔχων (τότε γὰρ τριακοστὸν τρίτον ἔτος ἦγον) τῷ Ἱερονύμῳ Ἀρδεβάλῳ τῷ τῆς Βαρκινῶνος γραμματιστῇ, πάνυ καλῷ καὶ εἰς τὴν εὐσέβειαν εὐδοκίμῳ ἀνδρὶ ὄντι, τοῦ τὰ τῆς γραμματικῆς μανθάνειν, ἐπλησίασε, τῆς Ἐλισαβέτης Ῥοσέλλης (περὶ ἧς εἴρηται) τῆς εὐγενοῦς καὶ θεοσεβοῦς γυναικὸς,

nobili, omnia ei ad victum necessaria suppeditante. Tantus eum diuini amoris vis, suique peruincendi ardor incesserat. Vnde tametsi dæmon in varias se figuras conuerteret, & nihil non ad labefactandum Ignatium, à studioque reuocandum moliretur: magis tamen Dei gratia animique constantia ad perseuerandum, quàm hostiles machinationes ad eum frangendum, fraudesque valuerunt.

Barcinone stomachi morbo leuari sibi visus est, quamobrem ad solitam pœnitentiæ seueritatem reuersus, cuius feruorem propter inualetudinem grauissimosque tanti itineris labores intermiserat, calceos ita perforauit, vt rescissis tantummodò soleis, integra superiori parte ad ostentationem vitandam, ineunte hyeme nudis plantis incederet. Neque verò solùm in hoc, sed in reliquis etiam pœnitentiæ studijs eandem rationem seruabat.

In hac vrbe duo commemoratione digna contigerunt, in quibus patientiæ & charitatis exempla monstrauit. Primum cùm certum & exploratum haberet, petulantes quosdam adolescentes liberiùs frequentare sacras virgines cœnobij Angelorum è Dominicana familia, quod extra muros vrbis ea tempestate situm erat, his persuadere conatus est, vt ad vitandas

occasio-

γυναικὸς, πάντα τὰ πρὸς τὸν βίον ἀναγκαῖα αὐτῷ παρεχούσης. τοσαύτη δὴ φιλοθεΐα καὶ σπουδὴ τοῦ ἑαυτοῦ κρατεῖν, τὸν αὐτοῦ νοῦν εἰσῆλθεν. ὅθεν εἰ καὶ ὁ κακοδαίμων παντοῖος γενόμενος πάντα ἐπεχείρησε, τοῦ τὸν Ἰγνάτιον ἐμποδίζειν, καὶ τῆς παιδείας ἀποτρέπειν· ὅμως ἡ τοῦ θεοῦ χάρις, καὶ νοὸς ἐνστάθεια εἰς τὸ διατελεῖν, ἤπερ τὰ τοῦ ἐχθροῦ μηχανήματα καὶ ἡ ἀπάτη εἰς τὸ αὐτὸν ἀμβλεύειν μᾶλλον ἴσχυσεν.

Ἐν τῇ Βαρκινῶνι βέλτιον τὸν στόμαχον διατιθεὶς ἑαυτῷ δοκῶν, τῇ τῆς μετανοίας αὐστηρότητι τῇ προτέρᾳ ἐχρήσατο, ἥπερ σφοδρότητα διὰ τὴν ἀρρωστίαν καὶ δεινοτάτους τοσαύτης τῆς ὁδοιπορείας κόπους διέλιπε, καὶ τὰ ὑποδήματα οὕτω διετρύπησεν, ὥστε μόνον ἐκκόψαι τὰ καττύματα, τοῦ μέρους τοῦ ἀνωτέρου, διὰ τὸ τὴν ἀλαζονείαν φεύγειν, ὅλου ὄντος τοῦ χειμῶνος ἀρχομένου, τὰς πτέρνας γυμνὸς ὑπάρχων περιεπάτει. καὶ τοῦτον τὸν τρόπον μὴ μόνον ἐν τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς τῆς μετανοίας ἐπιτηδεύμασιν ἐτήρησεν.

Ἐν ταύτῃ τῇ πόλει, δύο ἀξιομνημόνευτα αὐτῷ συνέβη, δι' ὧν τὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς ἀγάπης δείγματα ἐξήνεγκε. τοῦτο μὲν, εὖ εἰδὼς ὅτι ἀσελγεῖς νέοι τινὲς εἰς ἱερὸν παρθενῶνα τὸν τῶν ἀγγέλων καλούμενον, τὸν τοῦ ἁγίου Δομινικοῦ, ἔξω τῆς πόλεως τότε κείμενον, θρασέως ἐφοίτων, τὰς μοναστρίας ἀναπείθειν ἐσπούδασεν, ἵνα ταύτας ἀφορμὰς

occasiones illos aditu prohiberent, animumque ad veram pietatem & religionē adiungerent. Cùm verò procaces illi huius consilio sibi ianuas occlusas esse cognoscerent, primùm minas intentare, tum ex insidijs occupatum Ignatium adeo graui fustuario multare, vt æger inde decumbere cogeretur. Nec sic tamē eius animi fortitudo potuit ab incœpto retardari: quin etiam lætabatur, quia dignus fuisset pro nomine IESV contumeliam pati. Alterum fuit eiusmodi: Cum ex Angelorum cœnobio rediret Ignatius, hominem ad viam Lullianam impulsu dæmonis ex ædium suarum trabe laqueo suspensum audiuit, eò celeriter aduolauit, & pendentem ex infelici tigno restem abscidit: ac tametsi de eius morte nemo dubitaret, humi tamen abiectus pro hominis salute Deum orare supplex institit, hominemque appellauit: & ecce ita restitutus est sensibus, vt peccata sacerdoti confiteretur, actutum demum animam inferorum faucibus ereptam Deo redderet. Ea res consideratis omnibus miraculi loco habita, breui vniuersam ciuitatem famâ compleuit.

Barcinone biennium exegit ad studia grammaticæ intentus: tum verò de quorundam eruditorum hominum sententia, anno CIↃ. IↃ. XXVI. Complutensem Academiam

φεύγειν, αἳ τοὺς ἀπείργωσι, τῇ τε εὐσεβείᾳ καὶ τῇ ἀσκήσει τὸν νοῦν προσέχωσιν. ἐπειδὴ δὲ οἱ ἀσελγεῖς ἐκεῖνοι ἔγνωσαν, ὅτι τούτου συμβουλίᾳ ἀπεκλείσθησαν, πρῶτον μὲν ἠπείλησαν, εἶτα δὲ τὸν Ἰγνάτιον ἐπιβουλευθέντα οὕτως ἐξυλοκόπησαν, ὥστε δεῖν νοσοῦντα κατακεῖσθαι. ἀλλ' οὐ τοῦτον τρόπον ἡ αὐτοῦ μεγαλοψυχία ταύτης ἐπιχειρήσεως κωλύεσθαι ἠδυνήθη, μᾶλλον δ' ἔχαιρεν, ὅτι ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Ἰησοῦ κατηξιώθη ἀτιμασθῆναι. ἕτερον παράδειγμα τοιοῦτο ἦν· ἐκ τοῦ τῶν ἀγγέλων παρθενῶνος ὁ Ἰγνάτιος ἀναστρέψας ἐπύθετο ἄνθρωπόν τινα ἐπὶ τῆς ὁδοῦ τῆς Λουλλιανῆς, παροξύνοντος τοῦ διαβόλου, ἀπὸ δοκοῦ τοῦ οἴκου ἰδίου ἑαυτὸν κρεμάσαι, καὶ ἐκεῖσε εὐθέως σπεύσας, τὸν σχοῖνον ἐκ τοῦ ἀτυχοῦς ξύλου ἀπέταμεν· εἰ δὲ καὶ οὐδεὶς περὶ τοῦ αὐτὸν ἀποθανεῖν ἠμφισβήτει, ἀλλ' οὖν αὐτός γε εἰς τὴν γῆν καταπεσὼν καὶ τὸν θεὸν ὑπὲρ τῆς αὐτοῦ σωτηρίας ἱκετεύειν ἐνστησάμενος, ἄνθρωπον ἐκάλεσε· καὶ ἰδοὺ οὕτως ἑαυτὸν ἀνέλαβεν, ὥστε τῷ ἱερεῖ τὰ ἁμαρτήματα ἐξομολογεῖσθαι, καὶ τότε δὴ τὴν ψυχὴν ἐκ τοῦ στόματος τοῦ ᾅδου ῥυσθεῖσαν τῷ θεῷ ἀποδιδόναι. τοῦτο μέντοι κατὰ πᾶσαν σκέψιν ἐν μέρει θαύματος ἀριθμηθὲν ἐν ὅλῃ τῇ πόλει εἰς τάχος τεθρύλληται.

Ἐν τῇ Βαρκινῶνι δύο ἔτη διέτριψε τὴν γραμματικὴν μανθάνων· εἶτα δὲ συμβουλευόντων τινῶν τῶν ἐπὶ λόγοις εὐδοκίμων, εἰς τὴν τοῦ Κομπλούτου ἀκα-

demiam ad capessendas altiores disciplinas petiuit. Ibi cum ad publicum nosocomium diuertisset, consilio nonnullorum eum cuncta celeriter & promptè deuorare cupientium Dialecticam & Physicam & Magistrum sententiarum non sanè felici successu simul aggressus est. Ea quippe multitudo & varietas intelligentiæ tenebrat offudit, & memoriæ perturbationem confusionemque attulit. Sed cùm studio charitatis arderet, & hominum non solum animis sed etiam corporibus opitulandi desiderio flagraret, nec continuis studiorum laboribus fractus, nec ostiatim mendicandi cura debilitatus, eodem tempore pueris, alijsque rudioribus fidei rudimenta tradebat, compluribus alijs per orationem & meditationem virtutis viam monstrabat, stipemque cogebat ad sustentandam eorum egestatem, quos maiori inopia laborare cognouerat. Ea res in hac Academia magnam admirationem effecit, sed tum potissimùm cùm Ignatium nudis pedibus, lanea tunica natiui coloris amictū viderent, neque differrent ab eo vestitu tres eius contubernales, qui virtutis illius exemplo permoti idem vitæ genus profitebantur: sicut & alius quidam adolescens natione Gallus, qui ad eandem societatem accesserat: quò fiebat, vt etiam per iocum

vulgò

δημίαν, τοῦ μείζονος παιδείας μεταλαμβάνειν, τῷ ἔτει αφ', κς'. ἐπορεύθη. ἐκεῖ εἰς τὸ δημόσιον νοσοκομεῖον καταλύσας, τῇ βουλῇ τινων τῶν αὐτὸν ταχέως καὶ συντόμως πάντα ἐκμανθάνειν ἐφιεμένων, περὶ τὴν διαλεκτικὴν φυσικήν τε καὶ τὸν διδάσκαλον τῶν γνωμῶν καλούμενον ἅμα σπουδάζειν οὐκ εὐτυχῶς ἤρξατο. τὸ μὲν γὰρ πλῆθος καὶ διαφορὰ τῶν νοῦν ἐπεσκίασε, καὶ τὴν μνήμην διετάραξεν. ἀλλὰ μὴν τῇ τῶν ἄλλων ἀγάπῃ καιόμενος, καὶ μὴ μόνον τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχάς, ἀλλὰ καὶ τὰ σώματα ὠφελεῖν σφόδρα ἐπιθυμῶν, οὐδὲ τῶν τῆς παιδείας συνεχῶν πόνων ἡττᾶτο, οὐδὲ τῇ τοῦ κατὰ θύρας ἐπαιτεῖν φροντίδι ἐξησθενίζετο, μᾶλλον δὲ τῷ αὐτῷ χρόνῳ τοὺς παῖδας καὶ τοὺς ἄλλους ἀπαιδεύτους κατηχίζετο, καὶ πολλοὺς ἄλλους διὰ τῆς προσευχῆς καὶ μελέτης εἰς τὰς ἀρετὰς ἀνήγαγε, καὶ τοῦ τρέφειν, οὓς μᾶλλον πεινομένους ἔγνω, αὐτὸς ἐπλάχευε. τούτω δὴ ἐν ταύτῃ μὲν τῇ ἐνδημίᾳ σφόδρα ἐθαυμάζετο, μάλιστα δὲ ὅταν τὸν Ἰγνάτιον γυμνοποδοῦντα, καὶ ἐρεοῦν χιτῶνα τὸν ἔμφυτον χρῶμα ἔχοντα περιβεβλημένον ἔβλεψαν, τῶν αὐτοῦ τριῶν συνοίκων, οὐδὲν αὐτοῦ τῷ ἱματισμῷ διαφερόντων, οἵτινες τῷ τῆς αὐτοῦ ἀρετῆς παραδείγματι ἐπαχθέντες, τὸν αὐτὸν βίον εἵλοντο, καθάπερ καὶ ἄλλος τις νέος τὸ γένος Κέλτης τῆς αὐτῆς ἐπιμελείας μετέχων· τούτου ἕνεκα μετὰ παιδείας ἢ τῶν

vulgò tunicatorum societas nominaretur. Ea nouitas de Ignatio eiusque socijs variorum vulgo sermonum ansam dedit, dũ quisque quod viderat, quod audierat ex animi sui sententia vel mitiorem, vel in deteriorem partem interpretatur. Sed cùm Ioannes Figeroa, vicarius Archiepiscopi Toletani, qui postea Regio consilio præfectus in Regno Castellæ decessit è vita, diligenter in mores & doctrinam inquisiuisset Ignatij, nihil tamen nec in moribus, nec in doctrina nisi sanum comperit, quod & suo testimonio comprobauit. Nihilominus vt virtus eius & veritas magis elucceret, ob quorundam calumnias vanasque suspiciones, duos & quadraginta ipsos dies in publica custodia est habitus, quo tempore dici vix potest, quantas, quam liquidas animo hauserit voluptates, quòd patiendi pro Christo vel innocenti sibi oblata esset occasio. Non deerant interim magnæ auctoritatis viri, qui pro singulari in ipsum amore suam operam offerrent ad eum vinculis eximendum. Sed adduci nunquam potuit, vt à quoquam caussæ suæ patrocinium suscipi pateretur; neque enim id necessarium sibi putabat, qui innocentiâ fretus totus à diuino nutu pendebat: adhæc, si quem forte errorem admisisset, cupiebat videlicet ab ecclesiasticis

magi-

χιτωνειμόνων ἑταιρία κοινῶς ἐπωνομάζετο. αὕτη ἡ καινότης τῷ πλήθει ἀφορμὴν διαφόρων λόγων περὶ τοῦ τε Ιγνατίου καὶ τῶν ἑταίρων αὐτοῦ, ἔδωκεν, ἑκάστου τὸ ἑοραμένον καὶ τὸ ἠκουσμένον ἐπὶ τὸ βέλτιον, ἢ ἐπὶ τὸ χεῖρον ὑπολαβόντος. ἀλλὰ μὴν ὁ Ιωάννης Φιγερόας ὁ τοῦ Αρχιεπισκόπου τοῦ Τωλητανοῦ τοποτηρητὴς (ὃς ὕστερον ἐν τῇ τῆς Κασίλλης βασιλείᾳ τοῦ βασιλικοῦ συμβουλίου πρόεδρος ἐτελεύτησε) τὸν τοῦ Ιγνατίου βίον τε καὶ τὴν διδαχὴν ἀκριβῶς ἐξετάσας, μηδὲν ἐν αὐτοῖς εἰ μὴ ὑγιὲς εὗρεν, ὅπερ καὶ τῇ αὐτοῦ συγγραφῇ ἐκύρωσεν. οὐ μὴν ἀλλὰ πρὸς τὸ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ καὶ τὴν ἀλήθειαν μᾶλλον ἐκλάμπειν, διὰ τὰς διαβολὰς καὶ ματαίας τινῶν ὑποψίας τεσσαράκοντα δύο ἡμέρας εἰς τὸ δεσμωτήριον ὁ Ιγνάτιος παρεδόθη· μόλις δ' ἄν τις εἴπῃ ὡς καθαρῶν ἡδονῶν τότε ἀπήλαυσε, τοῦ τοῦ ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ ἀθώως παθεῖν ἀφορμῆς ἐπιτυχών. ἐν τούτῳ πολλοὶ μὲν τῶν ἀξιωματικῶν ὑπὸ μεγίστης φιλίας τῆς πρὸς αὐτὸν ἐπηγγέλλοντο αὐτὸν ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου λυτρώσασθαι. ὁ δὲ μηδέποτε ἀναπείθεσθαι, τῇ ἀπολογίᾳ τινὸς χρήσασθαι, ἠδυνήθη· τῇ γὰρ ἀκακίᾳ αὐτοῦ πεποιθώς, καὶ τοῦ θελήματος τοῦ θεοῦ πάντως ἐξαρτηθεὶς τοῦτο μηδαμῶς ἀναγκαῖον ἐνόμιζεν. ἔτι δὲ ὅπως ἂν διήμαρτεν, ὑπὸ τῶν ἐν ἐξουσίᾳ τῇ ἐκκλησιαστικῇ

magistratibus corrigi, quorum ei semper antiquissima fuisset auctoritas. Tandem vero cum secundus & quadragesimus dies abijsset, vnà cum socijs vt innocens est absolutus, & omni culpæ suspicione liberatus.

Aliud B. Patri contigit in eadem vrbe mirabile: A vicario dimissus è carcere, eodem quo cæteri scholastici genere vestis vti iubebatur: atque ad eam rem vicarius Ioanni Lucenæ homini charitatis officijs dedito mandauit, vti stipem per compita cogeret: cùm verò huic rei intenti ambo ciuitatem obirent, frequens fortè populus lusum pilæ spectabat ante domum viri è primaria nobilitate, cuius nomen iusta de caussa reticetur. Is huiusmodi collectæ caussa cognita, conuersis in Ioannem Lucenam oculis ira commotus, & quî inquit, conuenit te eo loco virum huc te abijcere? addiditque indignans: Ardeam ego, si hic, pro quo stipem corrogas, rogo dignus non sit. Ea vox grauiter eorum aures vulnerauit, quibus B. Patris sanctitas erat spectata & cognita. Eodem die peroptatus de Philippi II. Regis ortu nuntius venit, vnde factum, vt Compluti totaque passim Hispania triumphales ignes excitarentur. dum ergo idem hic nobilis in turrim domus suæ tormentario puluere instructam

ad

ὄντων, ὧν αὐθεντίαν περὶ πλείστου ἐποίησεν, ἐπανορθοῦσθαι ἐφίετο. τέλος δὲ τῆς τεσσαρακοστῆς δευτέρας ἡμέρας παρεληλυθυίας, σὺν τοῖς ἑταίροις, ὡς ἀναίτιος ὤν, ἀφίθη, καὶ πάσης ὑποψίας ἐγκλήματος ἀπελύθη.

Ἐν τῇ αὐτῇ πόλει ἄλλο τι θαυμαστὸν τῷ μακαρίῳ πατρὶ συνέβη. ὑπὸ τοῦ τοποτηρητοῦ ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου ἀφεθεὶς, ὁμοίως τοῖς ἄλλοις συμμαθηταῖς ἐνδύεσθαι ἐκελεύθη, καὶ διὰ τοῦτο ὁ τοποτηρητὴς τῷ Ἰωάννῃ Λυκήνᾳ τοῖς ἔργοις τῆς ἀγάπης προσκειμένῳ, ἐν ταῖς ἀμφόδοις τὴν τῶν ἱματίων δαπάνην ἐπαιτεῖν ἐπέταξε. καίτοι ἀμφοῖν μετὰ πάσης σπουδῆς τὴν πόλιν περιερχομένων, τῶν ἀνθρώπων πολὺ πλῆθος περὶ τῆς οἰκίας τοῦ ἀνδρός τινος τοῦ τῇ εὐγενείᾳ περιβλέπτου, οὗπερ τοὔνομα δι' αἰτίαν δικαίαν παραλείπεται, τοὺς σφαιρίζοντας ἐθεάσατο. οὗτος τὴν τοιαύτης τῆς λογίας αἰτίαν διαγνοὺς, καὶ πρὸς τὸν Ἰωάννην Λυκήναν ἀποβλέψας μετ' ὀργῆς εἶπε, πῶς σε τοιοῦτον τῇ δόξῃ ὄντα οὕτως εὐτελίζεσθαι προσήκει; καὶ ἀγανακτῶν προσέθη· καιοίμην, εἰ μὴ οὗτος, ὑπὲρ οὗ ἐπαιτεῖς, τῆς πυρᾶς ἄξιός ἐστιν. αὕτη φωνὴ τοὺς τὴν τοῦ μακαρίου πατρὸς ἁγιότητα ἐγνωκότας σφόδρα ἠνίασεν. αὐθήμερον δὲ περιπόθητος φήμη περὶ τοῦ Φιλίππου τοῦ δευτέρου βασιλέως γεννηθέντος διεσκέδασται· διόπερ ἐν τῷ Κομπλούτῳ, καὶ ἐν πάσῃ τῇ Ἱσπανίᾳ τὰ πυρὰ τὰ θριαμβευτικὰ ἀνήφθη. ἐκείνου τοῦ αὐτοῦ εὐγενοῦς ἀνδρὸς ἐστὶν ἡ αὐτοῦ οἰκίας πύρ-

ad ignes artificiosos adscenderet: ecce ibi temerè illapsâ scintillâ, puluereque correpto, horribili casu cum turri perustus interijt. Id vbi Patri nuntiatum est, præ commiseratione doloreque illacrymans: Hoc ipsum, inquit, hodierno die manè domum eius me prætereunte sibi ipse fuerat imprecatus, ego quidem certe, id ei nequaquam optaui. Eius euenti repente totam vrbem fama peragrauit, fuitque in miraculis habitum ad illustrandam huius Ignatij sanctitatem. Compluto Dominum Fonsecam, Archiepiscopum Toletanum, Valissoleti commorantem sibi adeundum putauit. A quo perbenignè acceptus, operaque sua & suorum ad omne officium humanitatis prolixè delata, viatico insuper instructus Salmanticam venit. Ibi nequaquam sibi quiescendum ratus, pro sua consuetudine cœpit animos hominum excitare, atque ad virtutem ac pietatem cohortari: quo factum est, vt paucis diebus eius fama adeo percrebuerit, vt religiosi quidam viri metu periculi, reique nouitate & populi concursu permoti, qui frequens ad eum audiendum ventitabat, simul etiam ne in sanctitatis nomine malum aliquod occultum lateret, cui facile postmodum occurri non posset, pro suo charitatis ardore rem ad Vicarium detulerunt.

ὄντι κόνει σφαιροβόλῳ κατεσκευασμένον, τοῦ τὰ ἔντεχνα πυρὰ θεάσασθαι, ἀναβάντος, ἰδοὺ ἐκεῖ σπινθῆρος εἰς τὴν κόνιν ἀπὸ τύχης ἐμπεσόντος, καὶ αὐτῆς καθαψαμένης, αὐτὸς, φρικτῇ ἀποβάσει, τῷ πύργῳ συνεκαύθη. ὅτε δὲ τοῦτο τῷ πατρὶ ἐδηλώθη, ὑπὸ συμπαθείας καὶ λύπης δακρύων, ταῦτόν τοῦτό φησιν, αὐτὸς μὲν σήμερον, ἐμοῦ τὸν αὐτοῦ οἶκον παρελθόντος, αὐτῷ ἐπεύξατο· ἐγὼ δ' αὐτῷ μηδαμῶς εὐξάμενος. ἡ ταύτης τῆς ἀποβάσεως φήμη κατὰ πᾶσαν πόλιν διεδόθη, καὶ θαῦμα ἔδειξεν εἰς τὴν ἁγιότητα τοῦ Ἰγνατίου ἐπιλαμπρύνεσθαι. ἐκ τοῦ Κομπλύτου πορευθεὶς, τῷ κυρίῳ Ἀλφόνσῳ Φονσήκᾳ τῷ τοῦ Τωλήτου Ἀρχιεπισκόπῳ ἐν τῷ Οὐαλλισολήτῳ διατρίβοντι παραγίνεσθαι ἐβουλήθη· ὅστις αὐτὸν εὐμενῶς ὑποδεξάμενος, αὐτοῦ τι καὶ τὴν αὐτοῦ σπουδὴν εἰς πᾶν φιλανθρωπίας ἔργον ἐπαγγειλάμενος, ἔτι δὲ καὶ ἐφόδιον πορίσας, αὐτὸν εἰς τὴν Σαλμαντίκην ἀπερχόμενον ἀφῆκεν. αὐτόθι οὐχ ἡσυχίαν ἄγων κατὰ τὸ εἰωθὸς, πρὸς τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν εὐσέβειαν τοὺς ἀνθρώπους παροξύνειν ἤρξατο· ἀλλὰ ταῦτα τῆς φήμης τῆς περὶ αὐτοῦ ἐν ὀλίγαις ἡμέραις διασπαρείσης, ἀσκηταί τινες τῷ τοῦ κινδύνου φόβῳ, τῇ τε τοῦ πράγματος καινότητι καὶ τῇ τοῦ πλήθους τοῦ πρὸς τὸ αὐτοῦ ἀκούειν φοιτῶντος συνδρομῇ ἐπαχθέντες, ἔτι δὲ ἵνα μή τι ὑπὸ τῷ τῆς ἁγιότητος σχήματι κρύπτηται, ὃ ὕστερον κωλύειν οὐκ ἂν ῥᾴδιον ἐγένετο, διὰ τὴν τῆς ἀγάπης αὐτῶν ζέσιν, τοῦτο τῷ τοποτηρητῇ ἀπή-

lerunt. Eorum ergo consilio Ignatius vnà cum socio habetur in vinculis, & ferrea catena bene longa vterque simul ita constringitur, vt alter sine altero neque progredi neque loco mouere se posset. Verùm nec in custodia incitatus ille solitarum exercitationum cursus elanguit : ponebat ob oculos pulchritudinem virtutis, vitij fœditatem, animos audientium ad despicientiam rerum humanarum incitabat. Magni ad eum audiendum fiebant concursus, fructusque respondebat minimè pœnitendus; exultabat inter hæc animo, cùm se pro Domino catena vinctum conspiceret : mortemque pro eo subire vehementer optabat, quem pro se sublatum in crucem meminerat. Eorum verò qui ad se consolandum veniebant dolorem, & inanem commiserationem eò redarguebat, quòd immensos in cruce Christi thesauros reconditos ignorarent. Duobus & viginti diebus in ijs vinculis, læti atq; alacres fuere; abundè suppeditantibus necessaria amicis, quamque in Ignatio viderant, sanctitatem mirificè diligentibus. Tandem Baccalaureus Frias Vicarius, adiutus eruditorum consilio innocentes per sententiam absoluit, eorumque vitam & mores ab omni labe puros, integrosque pronuntiauit.

CAPVT

φῆναι. τῇ οὖν αὐτῶν συμβουλίᾳ ὁ Ἰγνάτιος σὺν τῷ ἑταίρῳ εἰς τὸ δεσμωτήριον κατετέθη, καὶ ἄμφω σιδηρᾷ ἁλύσει πάνυ μακρᾷ οὕτω συνεσφίγχθησαν, ὥστ' οὐδέτερον ἄνευ ἑτέρου οὐδὲ προάγειν, οὐδὲ τὸν τόπον μεταβάλλειν δυνηθῆναι. ἀλλ' οὐδ' ἐν τῇ φυλακῇ ἡ τῶν εἰωθυιῶν ἀσκήσεων ὁρμηθεῖσα σπουδὴ ὀκνηρῶς εἶχε, τοῦ Ἰγνατίου τὸ τῆς μὲν ἀρετῆς κάλλος, τῆς δὲ κακίας αἰσχρότητα τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑποβάλλοντος, καὶ τοὺς ἀκουστὰς πρὸς τὴν τῶν ἀνθρωπείων καταφρόνησιν ἐπιτρέποντος. πολλοὶ τοῦ ἀκοῦσαι αὐτοῦ συνῆλθον, καὶ μέγας καρπὸς οὐκ ἀπελείπετο· αὐτὸς τῇ ψυχῇ ἐν τῷ μεταξὺ ἠγαλλιάσατο, ἑαυτὸν ταῖς ἁλύσεσιν ὑπὲρ τοῦ κυρίου δεδεμένον θεώμενος. καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ ἀποθανεῖν σφόδρα ἐπεπόθησεν, ὅν τινα αὐτοῦ ἕνεκα σταυρωθέντα ἀνεμνήσθη. τῇ δὲ λύπῃ καὶ τῇ κοινῇ συμπαθείᾳ τῶν πρὸς τὸ παραμυθεῖσθαι αὐτὸν παραγινομένων, ἐπετίμα, ὅτι ἀπείρους θησαυροὺς τοὺς ἐν τῷ τοῦ Χριστοῦ σταυρῷ κρυφθέντας ἠγνόουν. εἴκοσι δύο ἡμέρας ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἱλαρῶς καὶ εὐθύμως ἔχοντες διέτριψαν· τῶν φίλων τὰ ἐπιτήδεια ἀφθόνως χορηγούντων, καὶ τὴν ἁγιότητα, ἣν ἐν τῷ Ἰγνατίῳ ἐπέγνωσαν, ὡς μάλιστα ἀγαπώντων. τὸ τελευταῖον ὁ τοποτηρητὴς ὁ Βακκαλάυρεος Φρίας ὀνομασθεὶς, μετὰ τῶν ἐπὶ λόγοις ἐνδοκίμων βουλευσάμενος, αὐτῶν ὡς ἀναμαρτήτων ὄντων ἀπεψηφίσατο, καὶ τὸν βίον καὶ τοὺς τρόπους αὐτῶν καθαροὺς καὶ ἀμώμους εἶναι ἀπεφήνατο.

Κεφ.

CAPVT VII.

Parisios studiorum causa concedit, vbi quod iuuenes quosdam ad pietatem alliceret, periculum adit plagarum atque infamia; at Dei nutu liberatur.

COnsultò Deus Ignatium reseruabat, vt multorum liberorum parens existeret, ideoque cursum eius aduersis licet procellis dirigebat in portum, ad illud gerendũ negotium, ad quod eum ante delegerat. Quocirca ad conquisitionem multorum sociorum, ad educendos è cœno peccatorum hominum animos, rectaque disciplina excolendos incitari cœpit ardentiùs, simulque in hanc cupiditatem venire Parisios, vt adiret omnium tunc Academiarum parentem scholamque communem, & quoddam quasi totius orbis theatrum. Tantusque is ardor fuit, vt neq; viri complures & amici auctoritate pollentes, nec vis hyberni frigoris, nec cruentum bellum inter Hispanos Gallosque susceptum, nec viæ hostium excursionibus infestæ, nec exempla crudelitatis in viatores, à militibus expromtæ, Ignatium inde deducerent, quo sese sentiebat cælestibus auris impelli; consueuerat scilicet inuenire pacem in bello, in periculis securitatem, in laboribus otium & quietem. Igitur viam pedes ingres-

Κεφάλαιον ζ.

Εἰς Παρισίους πορευθεὶς, νέους τινὰς ἐπὶ τὴν θεοσέβειαν παροξύνει· καὶ κινδυνεύων μαστιγοῦσθαι καὶ ἀτιμάζεσθαι, τῷ τοῦ θεοῦ βουλήματι ἀπαλλάττεται.

ΤΟν Ἰγνάτιον ὁ θεὸς, τοῦ πολλῶν ἡμῶν γονέα αὐτὸν γενέσθαι, ἐκ προνοίας τηρῶν, τὸν δρόμον αὐτοῦ, καίπερ τῆς θυέλλης ἐναντιωμένης, εἰς τὸν λιμένα κατηύθυνεν, ὅπως περὶ τὸ πρᾶγμα ἀσχολήσηται, πρὸς ὃ αὐτὸν τὸ πρότερον ἐξελέξατο. Διὰ ταῦτα δεινότερον παροξύνεσθαι ἤρξατο συλλέγειν πολλοὺς ἑταίρους, εἰς τὸ τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς ἐκ τοῦ τῶν ἁμαρτιῶν βορβόρου ἑλκύσαι, καὶ καλῶς παιδεῦσαι· ἔτι δὲ ἧκεν εἰς ἐπιθυμίαν τοῦ πορευέσθαι εἰς Παρισίους πασῶν ἀκαδημιῶν μητέρα καὶ κοινὴν σχολὴν, καὶ ὡς τῆς οἰκουμένης θέατρον, τότε γινόμενον. καὶ αὕτη ἡ προθυμία τηλικαύτη ἐγένετο, ὥστε μήτε πολλοὺς ἄνδρας καὶ φίλους τοὺς πλεῖστον παρ' αὐτῷ ἰσχύοντας, μήτε τὸ τοῦ ψύχους τοῦ χειμερινοῦ σφοδρὸν, μήτε τὸ τοῦ πολέμου τοῦ τοῖς Ἱσπανοῖς πρὸς τοὺς Κέλτας γινομένου καὶ θαιμον, μήτε τὰς ὁδοὺς ταῖς τῶν πολεμίων ἐκδρομαῖς σφαλερὰς, μήτε τὰ τῆς ὠμότητος παραδείγματα ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἐν τοῖς ὁδοιπόροις κατασταθέντα, τὸν Ἰγνάτιον ἐκεῖθεν ἀπάγειν δυνηθῆναι, ὅπη τῇ οὐρανίῳ ἐπιπνοίᾳ ἐπαγόμενος ᾔσθετο· ἐν τῷ δήπου πολέμῳ τὴν εἰρήνην, ἐν τοῖς κινδύνοις τὴν ἀσφάλειαν, ἐν τοῖς πόνοις τὴν χαλὴν καὶ ἡσυχίαν εὑρεῖν εἴωθε. Διὰ μέσου τοίνυν

ingressus per mediam Galliam, Deo duce, ineunte mense Februario, anno CIƆ.IƆ. XXVIII. saluus & incolumis Lutetiam vsque penetrauit.

Antequam in Academia Parisiensi ad sublimiores disciplinas se applicaret Ignatius, latinæ linguæ rudimenta repetiuit, & in humaniorum litterarum palæstra fere biennium absumsit. Deinde politiori litteratura satis instructus in curriculum Philosophiæ descendit, quo feliciter sanè confecto, Magisterio artium de consilio magistri sui se decorari est passus, vt esset quoddam eruditionis testimonium, quò faciliùs ad hominum salutem incumberet. His honestatus insignibus, sacræ Theologiæ studia prosequebatur singulari Dei ope adiutus, quippe ad perpetuas animi contentiones in adipiscenda eius scientiæ cognitione susceptas, accedebant haud exigua egestatis incommoda. Etenim principio Hospitali D. Iacobi domo, precariò receptus, in singulos dies ostiatim victum quæritabat, tribusque prioribus annis semel & iterum in Galliam Belgicam, semel in Angliam, quibus in locis Hispani mercatores negotiabantur, per summam inopiam proficisci coactus est, vt exigua pecunia donatus, ad prosequenda studia reuerteretur. Præterea tanto pœnitentiæ

studio

τῆς Γαλλίας πεζοπορήσας, σὺν θεῷ, ἐνισταμένου μηνὸς Φεβρουαρίου, τῷ ἔτει ᾳφ' κή. εἰς τοὺς παρισίους σῶος καὶ ὑγιὴς ἀφίκετο.

Πρὶν ἂν ὁ Ἰγνάτιος ἐν τῇ τῶν παρισίων ἀκαδημίᾳ τῶν ὑψηλοτέρων ἐπιστημῶν ἥψατο, τὴν τῆς ῥωμαϊκῆς γλώττης στοιχείωσιν ἀναλαβών, τοῖς ἐλευθερίοις λόγοις σχεδὸν διετίαν ἐνδιέτριψεν. εἶτα τὴν παιδείαν ἱκανῶς πεπαιδευμένος, περὶ τὴν φιλοσοφίαν ἐσπούδασε, καὶ ταύτην καλῶς διαπεράνας, τοῦ καθηγητοῦ συμβουλεύοντος, τὴν τῆς διδασκαλίας τῶν τεχνῶν τιμὴν αὐτῷ ἀπονέμεσθαι συνεχώρησεν, τοῦ εἶναι αὐτῷ τῆς παιδείας μαρτυρίαν, ὡς ῥᾷον περὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας ἐπιμέλεσθαι. τούτοις παρασήμοις κοσμηθεὶς τῇ τῆς ἱερᾶς θεολογίας παιδεύσει ἐσχόλαζε, τοῦ θεοῦ αὐτῷ ὡς μάλιστα βοηθοῦντος· οὐ μὴν ἀλλὰ τῇ τοῦ νοὸς συνεχεῖ σπουδῇ ὑπὲρ τοῦ ἐκείνης τῆς γνώσεως τυχεῖν, οὐ μικρὰ δυσχερήματα τῆς ἐνδείας ἐπεγίνετο. κατ' ἀρχῆς γὰρ εἰς τὸ ξενοδοχεῖον τοῦ ἁγίου Ἰακώβου σὺν δεήσει ἀναληφθεὶς, ὁσημέραι κατὰ θύρας τὸν βίον ἐπῄτησε. καὶ τῇ δευτέρᾳ τριετίᾳ δὶς εἰς τὴν Βελγικὴν, ἅπαξ εἰς τὴν Βρεττανικὴν, ὅπου οἱ ἔμποροι οἱ Ἰσπανοὶ ἐπραγματεύοντο, ἐκ τῆς μεγίστης πενίας ἀπελθεῖν ἠναγκάσθη, ἵν' ὀλίγα χρήματα λαβὼν, εἰς τὸ τοῖς λόγοις προσκαρτερεῖν, ἀναστρέψῃ. ἔτι δὲ τοσαύτῃ τῆς μετανοίας σπουδῇ

τὸ σῶ-

ſtudio corpus affligebat ſuum, vt ipſa per ſeſe poſſet omnem valetudinem tollere, qua corrupta, neceſſe habuit ſtudiorum curſum intermittere, ne vitam amitteret. Quid dicam de aſſiduo labore iuuandi proximum, & ad omnem virtutem cohortandi? Quid de tempeſtatibus & procellis, quæ huius rei cauſſa illi ſubeundæ fuerunt, quàm multis, quàm varijs, quam diuturnis? E ſcholaſticis enim ingenui quidam adoleſcentes & ingenio ad virtutis laudem ſingulari, cum nuntium rebus humanis remittere & euangelica ſectari conſilia ſtatuiſſent, ſermonibus exemplisque B. Patris inducti, facultatibus in egentes diſtributis, in hoſpitali domo diuerſabantur, & mendicorum more victum oſtiatim rogabant. Ea res grauiſſimos Academiâ totâ motus excitauit, magnoque erat in odio parentum Ignatius, quo fonte genus hoc vitæ manaſſe ſibi perſuaſerant, quam inſaniam æſtimabant. Tantumque valuit inuidia, vt eum apertè criminarentur, multosque atroces de eo rumores, vt mos eſt maleuolorum, in Dei ſeruos diſſiparent.

Neque res in ſermonibus conquieuit, ſed (quod eſt turbulentorum & malè moratorum ſupplicium) in gymnaſio S. Barbaræ, in quo ſtudijs artium operam dabat, crudelis ei & publicæ verberationis terror

τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐθλίβετο, ὥστε αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν πᾶσαν τὴν ὑγίειαν ἀφαιρεῖσθαι ἠδύνατο· ἥσπερ διαφθαρείσης, ἔδει αὐτὸν τὸ σπούδασμα παραλιπεῖν, τοῦ μὴ τὴν ζωὴν καταλιπεῖν. τί λέξω περὶ τοῦ ἀπαύστου καμάτου τοῦ πλησίον ὠφελεῖν, καὶ ἐπὶ πᾶσαν ἀρετὴν παροξύνειν; τί περὶ τῶν χειμώνων καὶ ζαλῶν πολλῶν, διαφόρων τε καὶ πολυχρονίων, ἃς, τούτου ἕνεκα, ὑπομένειν ὤφελεν; ἔνιοι γὰρ ἐκ τῶν ἀμφὶ τοὺς λόγους, νέοι ἐλευθέριοι καὶ πρὸς τὴν ἀρετὴν πάνυ εὐφυεῖς, τοῖς τῶν ἀνθρώπων ἀποταξάμενοι ταῖς εὐαγγελικαῖς βουλαῖς ἕπεσθαι προείλοντο, τοῖς τε λόγοις καὶ τῷ τοῦ μακαρίου πατρὸς παραδείγματι τὰ ὑπάρχοντα αὐτῶν τοῖς πένησι διανείμαντες, καὶ ἐν τῷ πτωχοδοχείῳ καταλύσαντες, τὰ πρὸς τὸν βίον κατὰ θύρας, πτωχῶν δίκην, ἐπήτησαν. τοῦτο δὴ δεινοτάτας κινήσεις ἐν πάσῃ ἀκαδημίᾳ ἐκίνησε, καὶ ὁ Ἰγνάτιος σφόδρα ἐμισήθη ὑπὸ τῶν γονέων τούτων τὸν βίον, αὐτοῖς ἄνοιαν νομισθέντα ἀπ' αὐτοῦ ὡς συμβούλου ἄρξασθαι πεπεισμένων. καὶ εἰς τοσοῦτον φθόνου ἦλθον, ὥστε αὐτὸν φανερῶς διέβαλον, καὶ πολλοὺς δεινοὺς λόγους, ἔθει τῶν κακονόων, κατὰ τοῦ τοῦ θεοῦ δούλου διέσπαρον.

Καίτοι ταύτῃ κινήσει οἱ λόγοι τέλος οὐκ ἐπέθησαν, ἀλλὰ καὶ (ἥτις τῶν ταραχωδῶν καὶ κακοηθῶν τιμωρία ἐστὶν) ἐν τῷ τῆς ἁγίας Βαρβάρας γυμνασίῳ, ὅπου ὁ Ἰγνάτιος ἐδιδάσκετο, φόβος ὠμῆς καὶ δημοσίας μαστιγώσεως

vulgò tunicatorum societas nominaretur. Ea nouitas de Ignatio eiusque socijs variorum vulgo sermonum ansam dedit, dũ quisque quod viderat, quod audierat ex animi sui sententia vel mitiorem, vel in deteriorem partem interpretatur. Sed cùm Ioannes Figeroa, vicarius Archiepiscopi Toletani, qui postea Regio consilio præfectus in Regno Castellæ decessit è vita, diligenter in mores & doctrinam inquisiuisset Ignatij, nihil tamen nec in moribus, nec in doctrina nisi sanum comperit, quod & suo testimonio comprobauit. Nihilominus vt virtus eius & veritas magis eluceret, ob quorundam calumnias vanasque suspiciones, duos & quadraginta ipsos dies in publica custodia est habitus, quo tempore dici vix potest, quantas, quam liquidas animo hauserit voluptates, quòd patiendi pro Christo vel innocenti sibi oblata esset occasio. Non deerant interim magnæ auctoritatis viri, qui pro singulari in ipsum amore suam operam offerrent ad eum vinculis eximendum. Sed adduci nunquam potuit, vt à quoquam caussæ suæ patrocinium suscipi pateretur; neque enim id necessarium sibi putabat, qui innocentiâ fretus totus à diuino nutu pendebat: adhæc, si quem forte errorem admisisset, cupiebat videlicet ab ecclesiasticis

magi-

καταπεισμένων ἑταιρία κοινῶς ἐπωνομάζετο. αὕτη ἡ καινότης τῷ πλήθει ἀφορμὴν διαφόρων λόγων περὶ τοῦ τε Ιγνατίου καὶ τῶν ἑταίρων αὐτοῦ, ἔδωκεν, ἑκάστου τὸ ἑορακμένον καὶ τὸ ἠκουσμένον ἐπὶ τὸ βέλτιον, ἢ ἐπὶ τὸ χεῖρον ὑπολαβόντος. ἀλλὰ μὴν ὁ Ιωάννης Φιγερόας ὁ τοῦ Αρχιεπισκόπου τοῦ Τωληταίου ποποτηρητὴς (ὃς ὕστερον ἐν τῇ τῆς Καστέλλης βασιλείᾳ τοῦ βασιλικοῦ συμβουλίου προεστὼς ἐτελεύτησε) τὸν τοῦ Ιγνατίου βίον τε καὶ τὴν διδαχὴν ἀκριβῶς ἐξετάσας, μηδὲν ἐν αὐτοῖς εἰ μὴ ὑγιὲς εὗρεν. ὅπερ καὶ τῇ αὐτοῦ συγγραφῇ ἐκύρωσεν. οὐ μὴν ἀλλὰ πρὸς τὸ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ καὶ τὴν ἀλήθειαν μᾶλλον ἐκλάμπειν, διὰ τὰς διαβολὰς καὶ ματαίας τινῶν ὑποψίας τεσσαράκοντα δύο ἡμέρας εἰς τὸ δεσμωτήριον ὁ Ιγνάτιος παρεδόθη· μόλις δ' ἄν τις εἴπῃ ὡς καθαρῶν ἡδονῶν τότε ἀπήλαυσε, τῆς τοῦ ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ ἀθώως παθεῖν ἀφορμῆς ἐπιτυχών. ἐν τούτῳ πολλοὶ μὲν τῶν ἀξιωματικῶν ὑπὸ μεγίστης φιλίας τῆς πρὸς αὐτὸν ἐπηγγέλλοντο αὐτὸν ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου λυτρώσασθαι. ὁ δὲ μηδέποτε ἀναπείθεσθαι, τῇ ἀπολογίᾳ τινὸς χρήσασθαι, ἠδυνήθη· τῇ γὰρ ἀκακίᾳ αὐτοῦ πεποιθὼς, καὶ τοῦ θελήματος τοῦ θεοῦ πάντως ἐξαρτηθεὶς τοῦτο μηδαμῶς ἀναγκαῖον ἐνόμιζεν. ἔτι δὲ ὅπως ἂν διήμαρτεν, ὑπὸ τῶν ἐν ἐξουσίᾳ τῇ ἐκκλησιαστικῇ

magistratibus corrigi, quorum ei semper antiquissima fuisset auctoritas. Tandem vero cum secundus & quadragesimus dies abijsset, vnà cum socijs vt innocens est absolutus, & omni culpæ suspicione liberatus.

Aliud B. Patri contigit in eadem vrbe mirabile: A vicario dimissus è carcere, eodem quo cæteri scholastici genere vestis vti iubebatur: atque ad eam rem vicarius Ioanni Lucenæ homini charitatis officijs dedito mandauit, vti stipem per compita cogeret: cùm verò huic rei intenti ambo ciuitatem obirent, frequens fortè populus lusum pilæ spectabat ante domum viri è primaria nobilitate, cuius nomen iusta de caussa reticetur. Is huiusmodi collectæ caussa cognita, conuersis in Ioannem Lucenam oculis ira commotus, & quî inquit, conuenit te eo loco virum huc te abijcere? addiditque indignans: Ardeam ego, si hic, pro quo stipem corrogas, rogo dignus non sit. Ea vox grauiter eorum aures vulnerauit, quibus B. Patris sanctitas erat spectata & cognita. Eodem die peroptatus de Philippi II. Regis ortu nuntius venit, vnde factum, vt Compluti totaque passim Hispania triumphales ignes excitarentur. dum ergo idem hic nobilis in turrim domus suæ tormentario puluere instructam

ad

ὄντων, ὧν αὐθεντίαν περὶ πλείστου ἐποίησεν, ἐπανορθοῦσθαι ἐφίετο. τέλος δὲ τῆς τεσσαρακοστῆς δευτέρας ἡμέρας παρεληλυθυίας, σὺν τοῖς ἑταίροις, ὡς ἀναίτιος ὤν, ἀφείθη, καὶ πάσης ὑποψίας ἐγκλήματος ἀπελύθη.

Ἐν τῇ αὐτῇ πόλει ἄλλο τι θαυμαστὸν τῷ μακαρίῳ πατρὶ συνέβη. ὑπὸ τοῦ τοποτηρητοῦ ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου ἀφεθεὶς, ὁμοίως τοῖς ἄλλοις συμμαθηταῖς ἐνδύεσθαι ἐκελεύθη, καὶ διὰ τοῦτο ὁ τοποτηρητὴς τῷ Ἰωάννῃ Λουκήνᾳ τοῖς ἔργοις τῆς ἀγάπης προσκειμένῳ, ἐν ταῖς ἀμφόδοις τὴν τῶν ἱματίων δαπάνην ἐπαιτεῖν ἐπέταξε. καίτοι ἀμφοῖν μετὰ πάσης σπουδῆς τὴν πόλιν περιερχομένων, τῶν ἀνθρώπων πολὺ πλῆθος περὶ τῆς οἰκίας τοῦ ἀνδρός τινος τοῦ τῇ εὐγενείᾳ περιβλέπτου, οὗπερ τοὔνομα δι' αἰτίαν δικαίαν παραλείπεται, τοὺς σφαιρίζοντας ἐθεάσατο. οὗτος τὴν τοιαύτης τῆς λογίας αἰτίαν διαγνοὺς, καὶ πρὸς τὸν Ἰωάννην Λουκήναν ἀποβλέψας μετ' ὀργῆς εἶπε, πῶς σε τοιοῦτον τῇ δόξῃ ὄντα οὕτως εὐτελίζεσθαι προσήκει; καὶ ἀγανακτῶν προσέθη· καιοίμην, εἰ μὴ οὗτος, ὑπὲρ οὗ ἐπαιτεῖς, τῆς πυρᾶς ἄξιός ἐστιν. αὕτη φωνὴ τοὺς τὴν τοῦ μακαρίου πατρὸς ἁγιότητα ἐγνωκότας σφόδρα ἠνίασεν. αὐθήμερον δὲ περιπόθητος φήμη περὶ τοῦ Φιλίππου τοῦ δευτέρου βασιλέως γεννηθέντος διεσκέδασται· διόπερ ἐν τῷ Κομπλούτῳ, καὶ ἐν πάσῃ τῇ Ἱσπανίᾳ τὰ πυρὰ τὰ θριαμβευτικὰ ἀνήφθη. ἐκεῖν τοῦ αὐτοῦ εὐγενοῦς ἀνδρὸς εἰς τὴν τῆς αὐτοῦ οἰκίας πυρ-

ad ignes artificiosos adscenderet: ecce ibi temerè illapsâ scintillâ, puluereque correpto, horribili casu cum turri perustus interijt. Id vbi Patri nuntiatum est, præ commiseratione doloreque illacrymans: Hoc ipsum, inquit, hodierno die manè domum eius me prætereunte sibi ipse fuerat imprecatus, ego quidem certe, id ei nequaquam optaui. Eius euenti repente totam vrbem fama peragrauit, fuitque in miraculis habitum ad illustrandam huius Ignatij sanctitatem. Compluto Dominum Fonsecam, Archiepiscopum Toletanum, Valissoleti commorantem sibi adeundum putauit. A quo perbenignè acceptus, operaque sua & suorum ad omne officium humanitatis prolixè delata, viatico insuper instructus Salmanticam venit. Ibi nequaquam sibi quiescendum ratus, pro sua consuetudine cœpit animos hominum excitare, atque ad virtutem ac pietatem cohortari: quo factum est, vt paucis diebus eius fama adeo percrebuerit, vt religiosi quidam viri metu periculi, reique nouitate & populi concursu permoti, qui frequens ad eum audiendum ventitabat, simul etiam ne in sanctitatis nomine malum aliquod occultum lateret, cui facile postmodum occurri non posset, pro suo charitatis ardore rem ad Vicarium detulerunt.

ἐν κόνει σφαιροβόλῳ κατεσκευασμένον, τοῦ τὰ
ἔντεχνα πυρὰ θεάσασθαι, ἀναβάντος, ἰδοὺ ἐκεῖ
σπινθῆρος εἰς τὴν κόνιν ἀπὸ τύχης ἐμπεσόντος, καὶ
αὐτῆς καθαψαμένης, αὐτὸς, φρικτῇ ἀποβάσει, τῷ
πύργῳ συνεκαύθη. ὅτε δὲ τοῦτο τῷ πατρὶ ἐδη-
λώθη, ὑπὸ συμπαθείας καὶ λύπης δακρύων, ταυ-
τὸν τοῦτό φησιν, αὐτὸς μὲν σήμερον, ἐμοῦ τὸν αὐτοῦ
οἶκον παρελθόντος, αὐτῷ ἐπεύξατο· ἐγὼ δ' αὐτῷ
μηδαμῶς εὐξάμενον. ἡ ταύτης τῆς ἀποβάσεως φή-
μη κατὰ πᾶσαν πόλιν διεδόθη, καὶ θαῦμα ἔδειξεν εἰς
τὸ τὴν ἁγιότητα τοῦ Ιγνατίου ἐπιλαμπρύνεσθαι. ἐκ
τοῦ Κομπλούτου πορευθεὶς, τῷ κυρίῳ Αλφόνσῳ
Φονσήκᾳ τῷ τοῦ Τωλήτου Αρχιεπισκόπῳ ἐν τῷ
Ουαλλισολήτῳ διατρίβοντι παραγίνεσθαι ἐβουλή-
θη· ὅστις αὐτὸν εὐμενῶς ὑποδεξάμενος, αὐτοῦ τε καὶ τὴν
αὐτοῦ σπουδὴν εἰς πᾶν φιλανθρωπίας ἔργον ἐπαγ-
γειλάμενος, ἔτι δὲ καὶ ἐφόδιον πορίσας, αὐτὸν εἰς τὴν
Σαλμαντίκην ἀπερχόμενον ἀφῆκεν. αὐτόθι οὐχ
ἡσυχίαν ἄγων κατὰ τὸ εἰωθὸς, πρὸς τὴν ἀρετὴν καὶ
τὴν εὐσέβειαν τοὺς ἀνθρώπους παροξύνειν ἤρξατο·
διὰ ταῦτα τῆς φήμης τῆς περὶ αὐτοῦ ἐν ὀλίγαις ἡμέ-
ραις διασπαρείσης, ἀσκηταί τινες τῷ τοῦ κινδύνου
φόβῳ, τῇ τε τοῦ πράγματος καινότητι καὶ τῇ τοῦ πλή-
θους τοῦ πρὸς τὸ αὐτοῦ ἀκούειν φοιτῶντος συνδρομῇ
ἐπαχθέντες, ἔτι δὲ ἵνα μή τι ὑπὸ τῷ τῆς
ἁγιότητος σχήματι κρύπτηται, ὃ ὕστερον κω-
λύειν οὐκ ἂν ῥᾴδιον ἐγένετο, διὰ τὴν τῆς
ἀγάπης αὐτῶν ζέσιν, τοῦτο τῷ τοποτηρητῇ ἀπή-

γγειλαν,

φῆναι. τῇ οὖν αὐτῶν συμβουλίᾳ ὁ Ἰγνάτιος σὺν τῷ ἑταίρῳ εἰς τὸ δεσμωτήριον κατετέθη, καὶ ἄμφω σιδηρᾷ ἁλύσει πάνυ μακρᾷ οὕτω συνεσφίγχθησαν, ὥστ᾽ οὐδέτερον ἄνευ ἑτέρου οὐδὲ περιάγειν, οὐδὲ τὸν τόπον μεταβάλλειν δυνηθῆναι. ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἐν τῇ φυλακῇ ἡ τῶν εἰωθυιῶν ἀσκήσεων ὁρμηθεῖσα σπουδὴ ὀκνηρῶς εἶχε, τοῦ Ἰγνατίου τὸ τῆς μὲν ἀρετῆς κάλλος, τῆς δὲ κακίας αἰσχρότητα τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑποβάλλοντος, καὶ τοὺς ἀκουστὰς πρὸς τὴν τῶν ἀνθρωπείων καταφρόνησιν ἐπιστρέποντος. πολλοὶ τοῦ ἀκοῦσαι αὐτοῦ συνῆλθον, καὶ μέγας καρπὸς οὐκ ἀπελείπετο· αὐτὸς τῇ ψυχῇ ἐν τῷ μεταξὺ ἠγαλλιάσατο, ἑαυτὸν ταῖς ἁλύσεσιν ὑπὲρ τοῦ κυρίου δεδεμένον θεώμενος. καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ ἀποθανεῖν σφόδρα ἐπεπόθησεν, ὅν τινα αὐτοῦ ἕνεκα σταυρωθέντα ἀνεμνήσθη. τῇ δὲ λύπῃ καὶ τῇ κοινῇ συμπαθείᾳ τῶν πρὸς τὸ παραμυθεῖσθαι αὐτὸν παραγινομένων, ἐπετίμα, ὅτι ἀπείρους θησαυροὺς τοὺς ἐν τῷ τοῦ Χριστοῦ σταυρῷ κρυφθέντας ἠγνόουν. εἴκοσι δύο ἡμέρας ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἱλαρῶς καὶ εὐθύμως ἔχοντες διέτριψαν· τῶν φίλων τὰ ἐπιτήδεια ἀφθόνως χορηγούντων, καὶ τὴν ἁγιότητα, ἣν ἐν τῷ Ἰγνατίῳ ἐπέγνωσαν, ὡς μάλιστα ἀγαπώντων. τὸ τελευταῖον ὁ τοποτηρητὴς ὁ Βακκαλάυρεος Φρίας ὀνομασθεὶς, μετὰ τῶν ἐπὶ λόγοις ἐνδοκίμων βουλευσάμενος, αὐτῶν ὡς ἀναμαρτήτων ὄντων ἀπεψηφίσατο, καὶ τὸν βίον καὶ τοὺς τρόπους αὐτῶν καθαροὺς καὶ ἀμώμους εἶναι ἀπεφήνατο.

CAPVT VII.

Parisios studiorum causa concedit, vbi quod iuuenes quosdam ad pietatem alliceret, periculum adit plagarum atque infamiæ; at Dei nutu liberatur.

CONsultò Deus Ignatium reseruabat, vt multorum liberorum parens existeret, ideoque cursum eius aduersis licet procellis dirigebat in portum, ad illud gerendũ negotium, ad quod eum ante delegerat. Quocirca ad conquisitionem multorum sociorum, ad educendos è cœno peccatorum hominum animos, rectaque disciplina excolendos incitari cœpit ardentiùs, simulque in hanc cupiditatem venire Parisios, vt adiret omnium tunc Academiarum parentem scholamque communem, & quoddam quasi totius orbis theatrum. Tantusque is ardor fuit, vt neq; viri complures & amici auctoritate pollentes, nec vis hyberni frigoris, nec cruentum bellum inter Hispanos Gallosque susceptum, nec viæ hostium excursionibus infestæ, nec exempla crudelitatis in viatores, à militibus expromtæ, Ignatium inde deducerent, quo sese sentiebat cælestibus auris impelli; consueuerat scilicet inuenire pacem in bello, in periculis securitatem, in laboribus otium & quietem. Igitur viam pedes ingreſ-

Κεφάλαιον ζ.

Εἰς Παρισίους πορευθεὶς, νέους τινὰς ἐπὶ τὴν θεοσέβειαν παροξύνει· καὶ κινδυνεύων μαστιγῶσαι καὶ ἀτιμάζεσθαι, τῷ τοῦ Θεοῦ βουλήματι ἀπαλλάττεται.

ΤΟν Ἰγνάτιον ὁ Θεὸς, τοῦ πολλῶν ἡμῶν γονέα αὐτὸν γένεσθαι, ἐκ προνοίας τηρῶν, τὸν δρόμον αὐτοῦ, καίπερ τῆς θυέλλης ἐναντιουμένης, εἰς τὸν λιμένα κατεύθυνεν, ὅπως περὶ τὸ πρᾶγμα ἀσχολήσηται, πρὸς ὃ αὐτὸν τὸ πρότερον ἐξελέξατο. Διὰ ταῦτα δεινότερον παροξύνεσθαι ἤρξατο συλλέγειν πολλοὺς ἑταίρους, εἰς τὸ τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς ἐκ τοῦ τῆς ἁμαρτιῶν βορβόρου ἑλκύσαι, καὶ καλῶς παιδεῦσαι· ἔτι δὲ ἧκεν εἰς ἐπιθυμίαν τοῦ πορεύεσθαι εἰς Παρισίους πασῶν ἀκαδημιῶν μητέρα καὶ κοινὴν σχολὴν, καὶ ὡς τῆς οἰκουμένης θέατρον, τότε γινόμενον. καὶ αὕτη προθυμία τηλικαύτη ἐγένετο, ὥστε μήτε πολλοὺς ἄνδρας καὶ φίλους τοὺς πλεῖστον παρ' αὐτῷ ἰσχύοντας, μήτε τὸ τοῦ ψύχους τοῦ χειμερινοῦ σφοδρὸν, μήτε τὸ τοῦ πολέμου τοῦ τοῖς Ἱσπανοῖς πρὸς τοὺς Κέλτας γινομένου κάθαιμον, μήτε τὰς ὁδοὺς ταῖς τῶν πολεμίων ἐκδρομαῖς σφαλερὰς, μήτε τὰ τῆς ὠμότητος παραδείγματα ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἐν τοῖς ὁδοιπόροις κατασταθέντα, τὸν Ἰγνάτιον ἐκεῖθεν ἀπάγειν δυνηθῆναι, ὅτι τῇ οὐρανίῳ ἐπιπνοίᾳ ἐπαγόμενος ᾔσθετο· ἐν τῷ δήπου πολέμῳ τὴν εἰρήνην, ἐν τοῖς κινδύνοις τὴν ἀσφάλειαν, ἐν τοῖς πόνοις τὴν γαλήνην καὶ ἡσυχίαν εὑρεῖν εἶναι. Διὰ μέσου τοίνυν

τῆς

Digitized by Google

ingressus per mediam Galliam, Deo duce, ineunte mense Februario, anno CIↃ.IↃ.XXVIII. saluus & incolumis Lutetiam vsque penetrauit.

Antequam in Academia Parisiensi ad sublimiores disciplinas se applicaret Ignatius, latinæ linguæ rudimenta repetiuit, & in humaniorum litterarum palæstra fere biennium absumsit. Deinde politiori litteratura satis instructus in curriculum Philosophiæ descendit, quo feliciter sanè confecto, Magisterio artium de consilio magistri sui se decorari est passus, vt esset quoddam eruditionis testimonium, quò faciliùs ad hominum salutem incumberet. His honestatus insignibus, sacræ Theologiæ studia prosequebatur singulari Dei ope adiutus, quippe ad perpetuas animi contentiones in adipiscenda eius scientiæ cognitione susceptas, accedebant haud exigua egestatis incommoda. Etenim principio Hospitali D. Iacobi domo, precariò receptus, in singulos dies ostiatim victum quæritabat, tribusque prioribus annis semel & iterum in Galliam Belgicam, semel in Angliam, quibus in locis Hispani mercatores negotiabantur, per summam inopiam proficisci coactus est, vt exigua pecunia donatus, ad prosequenda studia reuerteretur. Præterea tanto pœnitentiæ

studio

τῆς Γαλλίας πεζοπορήσας, σὺν Θεῷ, ἐνισταμένου μηνὸς Φεβρουαρίου, τῷ ἔτει αφ΄ κη΄. εἰς τοὺς Παρισίους σῶος καὶ ὑγιὴς ἀφίκετο.

Πρὶν ἂν ὁ Ἰγνάτιος ἐν τῇ τῶν Παρισίων ἀκαδημίᾳ τῶν ὑψηλοτέρων ἐπιστημῶν ἅψατο, τὴν τῆς ῥωμαϊκῆς γλώττης στοιχείωσιν ἀναλαβὼν, τοῖς ἐλευθερίοις λόγοις σχεδὸν διετίαν ἐνδιέτριψεν. εἶτα τὴν παιδείαν ἱκανῶς πεπαιδευμένος, περὶ τὴν φιλοσοφίαν ἐσπούδασε, καὶ ταύτην καλῶς διαπεράνας, τοῦ καθηγητοῦ συμβουλεύοντος, τὴν τῆς διδασκαλίας τῶν τεχνῶν τιμὴν αὐτῷ ἀπονέμεσθαι συνεχώρησεν, τοῦ εἶναι αὐτῷ τῆς παιδείας μαρτυρίαν, ὡς ῥᾶον περὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας ἐπιμέλεσθαι. τούτοις παρασήμοις κοσμηθεὶς τῇ τῆς ἱερᾶς θεολογίας παιδεύσει ἐσχόλαζε, τοῦ Θεοῦ αὐτῷ ὡς μάλιστα βοηθοῦντος· οὐ μὴν ἀλλὰ τῇ τοῦ νοὸς συνεχεῖ σπουδῇ ὑπὲρ τοῦ ἐκείνης τῆς γνώσεως τυχεῖν, οὐ μικρὰ δυσχερήματα τῆς ἐνδείας ἐπεγίνετο. κατ' ἀρχῆς γὰρ εἰς τὸ ξενοδοχεῖον τοῦ ἁγίου Ἰακώβου σὺν δεήσει ἀναληφθεὶς, ὁσημέραι κατὰ θύρας τὸν βίον ἐπῄτησε, καὶ τῇ δευτέρᾳ τριετίᾳ δὶς εἰς τὴν Βελγικὴν, ἅπαξ εἰς τὴν Βρεταννικὴν, ὅπου οἱ ἔμποροι οἱ Ἱσπανοὶ ἐπραγματεύοντο, ἐκ τῆς μεγίστης πενίας ἀπελθεῖν ἠναγκάσθη, ἵν' ὀλίγα χρήματα λαβὼν, εἰς τὸ τοῖς λόγοις προσκαρτερεῖν, ἀναστρέψῃ. ἔτι δὲ τοσαύτη τῆς μετανοίας σπουδῇ

τὸ σῶ-

ſtudio corpus affliḍtabat ſuum, vt ipſa per ſeſe poſſet omnem valetudinem tollere, qua corrupta, neceſſe habuit ſtudiorum curſum intermittere, ne vitam amitteret. Quid dicam de aſſiduo labore iuuandi proximum, & ad omnem virtutem cohortandi? Quid de tempeſtatibus & procellis, quæ huius rei cauſſa illi ſubeundæ fuerunt, quàm multis, quàm varijs, quam diuturnis? E ſcholaſticis enim ingenui quidam adoleſcentes & ingenio ad virtutis laudem ſingulari, cum nuntium rebus humanis remittere & euangelica ſectari conſilia ſtatuiſſent, ſermonibus exemplisque B. Patris inducti, facultatibus in egentes diſtributis, in hoſpitali domo diuerſabantur, & mendicorum more victum oſtiatim rogabant. Ea res grauiſſimos Academiâ totâ motus excitauit, magnoque erat in odio parentum Ignatius, quo fonte genus hoc vitæ manaſſe ſibi perſuaſerant, quam inſaniam æſtimabant. Tantumque valuit inuidia, vt eum apertè criminarentur, multosque atroces de eo rumores, vt mos eſt maleuolorum, in Dei ſeruos diſſiparent.

Neque res in ſermonibus conquieuit, ſed (quod eſt turbulentorum & malè moratorum ſupplicium) in gymnaſio S. Barbaræ, in quo ſtudijs artium operam dabat, crudelis ei & publicæ verberationis terror

τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐθλίβετο, ὥστε αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν πᾶσαν τὴν ὑγίειαν ἀφαιρεῖσθαι ἠδύνατο· ἧσπερ διαφθαρείσης, ἔδει αὐτὸν τὸ σπούδασμα παραλιπεῖν, τοῦ μὴ τὴν ζωὴν καταλιπεῖν. τί λέξω περὶ τοῦ ἀπαύστου καμάτου τοῦ πλησίον ὠφελεῖν, καὶ ἐπὶ πᾶσαν ἀρετὴν παροξύνειν; τί περὶ τῶν χειμώνων καὶ ζαλῶν πολλῶν, διαφόρων τε καὶ πολυχρονίων, ἃς, τούτου ἕνεκα, ὑπομένειν ὤφελεν; ἔνιοι γὰρ ἐκ τῶν ἀμφὶ τοὺς λόγους, νέοι ἐλευθέριοι καὶ πρὸς τὴν ἀρετὴν πάνυ εὐφυεῖς, τοῖς τῶν ἀνθρώπων ἀποταξάμενοι ταῖς εὐαγγελικαῖς βουλαῖς ἕπεσθαι προείλοντο, τοῖς τε λόγοις καὶ τῷ τοῦ μακαρίου πατρὸς παραδείγματι τὰ ὑπάρχοντα αὐτῶν τοῖς πένησι διανείμαντες, καὶ ἐν τῷ πτωχοδοχείῳ καταλύσαντες, τὰ πρὸς τὸν βίον κατὰ θύρας, πτωχῶν δίκην, ἐπῄτησαν. τοῦτο δὴ δεινοτάτας κινήσεις ἐν πάσῃ ἀκαδημίᾳ ἐκίνησε, καὶ ὁ Ἰγνάτιος σφόδρα ἐμισήθη ὑπὸ τῶν γονέων τοῦτον τὸν βίον, αὐτοῖς ἄνοιαν νομισθέντα, ἀπ' αὐτοῦ ὡς συμβούλου ἄρξασθαι πεπεισμένων. καὶ εἰς τοσοῦτον φθόνου ἦλθον, ὥστε αὐτὸν φανερῶς διέβαλον, καὶ πολλοὺς δεινοὺς λόγους, ἔθει τῶν κακονόων, κατὰ τοῦ τοῦ θεοῦ δούλου διέσπαρον.

Καίτοι ταύτῃ κινήσει οἱ λόγοι τέλος οὐκ ἐπέθησαν, ἀλλὰ καὶ (ἥτις τῶν ταραχωδῶν καὶ κακοηθῶν τιμωρία ἐστὶν) ἐν τῷ τῆς ἁγίας Βαρβάρας γυμνασίῳ, ὅπου ὁ Ἰγνάτιος ἐδιδάσκετο, φόβος ὠμῆς καὶ δημοσίας μαστιγώσεως

αὐτῷ

ror iniectus est, propterea quòd sodalibus suis auctor fuisset ad frequentanda sacramenta, Deum festis diebus supplicatione placandum, denique eius consilio quidam Amator nomine, Hispanus discipulus, collegium deseruisset, rebusque omnibus abdicatis nudus se ad Christum nudum applicasset. Quamuis autem surgentis huius in sese machinationis maturè fuisset admonitus, collegij tamen fores occlusæ cùm essent, ære campano signum datum, magistri virgis armati, frequentissimique discipuli ad spectaculum adessent, ita præsentiam animi retinuit, vt neque titubaret, neque se in latebras abderet, neque vllam timoris significationem daret. Verùm ne imminueretur Dei gloria, ne quâ virtus ignominiæ labe notaretur, néue plantæ nouellæ atque florescentes radicitus ea tempestate vellerentur, gymnasiarcham adiuit, suamque apud eum sapienter ac liberè caussam egit. Afferebat ille quidem, quod in se erat promptam & paratam subeundæ propter Christum pœnæ voluntatem; ex altera parte tamen vehementer se dolere aiebat, iacturam eorum, quorum animis igniculi virtutum nuper insiti nondum adoleuissent, si propterea quòd ijs colendæ pietatis auctor fuisset, virgis cæderetur. Qua oratione ita gy-

mnasij

fluit Ignatius: nam qua erat animi demissione, dona Dei quibus erat præditus, futurique præscientiam ostentare nolebat, quare suam medicis libertatem relinquere statuit, eorumque sequi iudicium, quidquid tandem illi præscriberent. Itaque postridie manè, prima ab ortu solis hora, prid. Kal. Aug. cIↄ. Iↄ. LVI. feria hebdomadæ secunda, sublatis manibus, sereno vultu, oculis in cælo defixis, voce menteque appellato IESV nomine, animam suo reddidit conditori, vir modestia planè mirabili, quam ad vitæ finem vsque seruauit. Cùm enim extremum obitus sui diem non ignoraret, animum tamen inducere non potuit, vt, quod in eius erat arbitrio, vicarium sibi sufficeret, aut filios ad eos exhortandum vocaret, faustáue precatione prosequeretur, aut alio quopiam fungeretur officio Patris, prorsus quasi omnium infimus esset, nec vllam operam ad constituendam Societatem contulisset.

Ætatis agebat cum discessit, annum sexagesimum quintum, à conuersione trigesimum quintum, à conuersione trigesimũ quintum, quos in extrema paupertate, pœnitentia, peregrinationibus, litterarum studijs, vexationibus, vinculis, compedibus, laboribus, ærumnisque traduxit, quæ omnia pro Christo summa lætitia animique

ὁ Ἰγνάτιος ἐσίγησε· ταπεινοφρονῶν γάρ, τὰς τοῦ θεοῦ χάριτας, αἷς ἐκοσμήθη, καὶ τῶν μελλόντων προγνῶσιν ἐπιδεῖξαι οὐκ ἠθέλησε· τὴν οὖν ἐλευθερίαν τοῖς ἰατροῖς ὑπολιπεῖν, καὶ τῇ γνώμῃ αὐτῶν ἕψεσθαι προείλετο, ὅπου ἂν αὐτοὶ ἐπιτάττωσι. τῇ τοίνυν ὑστεραίᾳ, πρωΐ, τῇ πρώτῃ ὥρᾳ μετὰ τὸν ἥλιον ἀνατείλαντα, τῇ λα΄. τοῦ Ἰουλίου, ἔτει αφνς΄. τῇ δ' ἑβδομάδος β΄. τὰς χεῖρας ἐπάρας, γαλήνιόν τι βλέψας, καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀτενίσας, τῇ τε φωνῇ καὶ τῇ εὐνοίᾳ τὸ τοῦ Ἰησοῦ ὄνομα προσκαλέσας, τὴν ψυχὴν τῷ κτιστῇ αὐτῆς ἀπέδωκεν, ἀνὴρ τῇ ταπεινοφροσύνῃ πάνυ θαυμαστός, ἣν μέχρι τῆς τελευτῆς ἐτήρησεν. καί τοι γὰρ τὴν τοῦ θανάτου αὐτοῦ τελευταίαν ἡμέραν οὐκ ἠγνόει, ὅμως δυναστείας εἶχεν, εἰς ἑαυτοῦ τάξιν, ὅπερ αὐτῷ ἐξῆν, τοποτηρητὴν καθιστάναι, ἢ τοὺς υἱοὺς εἰς τὸ τῆς παραινέσεως αὐτοῦ ἀκούειν προσκαλεῖν, ἢ αὐτοὺς εὐλογεῖν, ἢ ἄλλο τι τοῦ πατρὸς ἔργον ποιεῖν, παντάπασιν ὥσπερεὶ πάντων ἐλάχιστος ὑπῆρξε, καὶ ἐπὶ τῷ τὴν ἑταιρίαν καταστῆσαι μηδεμίαν σπουδὴν ἐποιήσατο.

Ἐτελεύτησεν ἔτη γεγονὼς ἑξήκοντα πέντε, ἀπὸ δὲ τῆς ἐπιστροφῆς τριακονταπέντε, ἅπερ ἐν τῇ ἐσχάτῃ πενίᾳ, μετανοίᾳ, ἀποδημίαις, ἐν τῇ πρὸς τοὺς λόγους παιδείᾳ, κακώσεσι, δεσμοῖς, πέδαις, κόποις, καὶ μόχθοις διέτριψε, καὶ ταῦτα πάντα ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ πολὺ εὐθύμως

que magnitudine pertulit. Conatus est itē dæmon & cuiusque generis aduersarij totis cum viribus affligere, susceptosque ad Dei gloriam conatus eius disturbare, sed inuicto animi robore omnibus Dei beneficio superior semper euasit. Vixit annis sex & decem à confirmata Societate, quam interea multiplicatam vidit, & toto propemodum orbe diffusam. Duodecim prouincias constitutas reliquit, Lusitaniæ, Castellæ, Aragoniæ, Bœticæ, Italiæ, quæ Galliam Cisalpinam Hetruriamque complectitur, Neapolis, Siciliæ, Germaniæ tum superioris tum inferioris, Galliæ, Brasileæ, Indiæ quæ ad ortum est, in quibus tum Societatis vel collegia, vel domicilia centum numerabantur. Luxit Romana ciuitas vniuersa mortem huius admirandæ sanctitatis viri, sed eius in primis filij, qui Romæ tunc erant, ceterique vniuersi. Illius tamen mortui, vel vt verius dicam viuentis, opem auxiliumque senserunt. Nam ex illius obitu suauissimus quidam in vniuersa Societate doloris sensus est consecutus, lacrymæ iunctæ cum gaudio, desiderium sanctæ spei plenum, vigor & robur animorum passim excitatum, ita vt omnes laborandi pro Christo, grauiaque ac difficilia patiendi noua quadam ardere cupiditate viderentur. Eius corpus in templo nostro

S. Mariæ

καὶ μεγαλοψύχως ὑπέμεινεν. ἐσπούδασε ὁμοίως ὁ κακοδαίμων καὶ παντοδαποὶ ἀντίδικοι πάσῃ δυνάμει αὐτὸν ἀποθλίβειν, καὶ τὰς αὐτοῦ ἐγχειρήσεις εἰς τὴν τοῦ θεοῦ δόξαν γινομένας διαταράττειν, αὐτὸς δὲ τῇ ἀνικήτῳ ἀνδρείᾳ, σὺν θεῷ, ἀεὶ πάντων περιεγένετο. βεβίωκεν ἔτη ἑκκαίδεκα ἀπὸ τῆς κυρώσεως τῆς ἑταιρίας, ἣν μεταξὺ πληθυνθεῖσαν, καὶ δι' ὅλης τῆς οἰκουμένης διαχυθεῖσαν ἔβλεψε. καταλέλοιπε δώδεκα ἐπαρχίας καταστάθείσας, τῆς δήπου Λυσιτανίας, Καστέλλης, Ἀραγωνίας, Βαιτικῆς, Ἰταλίας, τῆς τὴν Κελτικὴν τὴν ἐντὸς Ἄλπεων, καὶ τὴν Ἐτρουρίαν συνέχει, τῆς Νεαπόλεως, Σικελίας, Γερμανίας, τῆς ἄνω καὶ τῆς κάτω, Γαλλίας, Βρασιλίας, Ἰνδικῆς τῆς ἀνατολικῆς, ἐν αἷς τότε τῆς ἑταιρίας σύλλογοι ἢ οἰκήματα ἑκατὸν ἠριθμεῖτο. καὶ ἐπένθησε μὲν σύμπασα ἡ Ῥώμη τὸν τούτου ἀνδρὸς τῇ ἁγιότητι θαυμαστοῦ θάνατον, μάλιστα δὲ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ τηνικαῦτα ἐν Ῥώμῃ διάγοντες, καὶ οἱ λοιποὶ ἅπαντες. καίτοι αὐτοῦ θανόντος, ἤ, ὡς ἀληθέστερον εἰπεῖν, ζῶντος βοήθειαν καὶ ἐπικουρίαν ᾔσθοντο. ἐκ γὰρ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ ἐν ὅλῃ τῇ ἑταιρίᾳ ἡδίστη τῆς λύπης αἴσθησις γέγονε, τοῖς δάκρυσιν ἡ χαρὰ προσῆν, ἐπιθυμία τῆς ἱερᾶς ἐλπίδος πλήρης, ἀκμὴ καὶ ἀνδρότης πανταχοῦ διηγέρθη, ὥστε πάντες ὑπὲρ Χριστοῦ κάμνειν, χαλεπά τε καὶ δεινὰ ὑπομένειν ἐδόκουν ἐξ ὑπαρχῆς προθυμεῖσθαι. τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν ναῷ ἡμῶν τῷ τῆς ἁγίας

Μαρίας

S. Mariæ de Strata ad dexteram aræ summæ Kal. Aug. humili ſepulcro mandatum eſt. Anno verò CIↃ. IↃ. LXIX. ara loco mota, primùm in aduerſam eiuſdem ædis partem translatum. Inde rurſus anno CIↃ. IↃ. LXXXVII. XIII. Kal. Decemb. qui dies S. Pontiano conſecratus eſt, in ædem ſumptuoſam profeſſæ domus ab Alexandro Farneſio Cardinali nuper exſtructam. Tumulo conditum fuit ad altaris dexteram in arca plumbea, planumque ſaxum impoſitum, muro verò nigrum politumque marmor inſertum, & hæc inciſa inſcriptio.

D. O. M.

Ignatio Societatis IESV *Fundatori: Obdormiuit in Domino ætatis ſuæ anno LXV. confirmati à Sede Apoſtolica ordinis XVI. Salutis humanæ* CIↃ.IↃ.LVI. *pridie Kal.*

Auguſt.

Μαρίας ἀπὸ τῆς Στράτης καλουμένῳ, ἐπὶ δεξιᾷ τοῦ ἄκρου θυσιαστηρίου ἐν ταπεινῷ μνημείῳ τῇ α. τοῦ Αὐγούστου κατετέθη. τῷ δ' ἔτει ᾳφ' ξθ'. τοῦ θυσιαστηρίου μεταστα θέντος, εἰς τοὐναντίον μέρος τοῦ αὐτοῦ ναοῦ πρῶτον μετηνέχθη. ἐκεῖθεν αὖθις ἔτει ᾳφ' πζ'. τῇ ιθ'. τοῦ Νοεμβρίου, τῷ ἁγίῳ Ποντιανῷ ἑορταζομένη εἰς τὸν πολυτελῆ ναὸν τῆς ἐπαγγειλαμένης οἰκίας ὑπὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου Φαρνησίου Καρδιναλίου νεωστὶ οἰκοδομηθέντα μετεκομίσθη. ἐτάφη ἐπὶ τῇ τοῦ θυσιαστηρίου δεξιᾷ ἐν μολιβδίνῃ κιβωτῷ, καὶ λίθος λεῖος ἐπετέθη, τῷ δὲ τείχει μάρμαρος μέλας καὶ ξεστὸς ἐνεβλήθη, σὺν ταύτῃ τῇ ἐπιγραφῇ.

Θ. Β. Μ.

Ἰγνατίῳ τῷ τῆς τοῦ Ἰησοῦ ἑταιρίας ἀρχηγῷ· ἀποθανόντι ἐν κυρίῳ τῆς ἡλικίας αὐτοῦ ἔτει ξε'. τῆς ἑταιρίας ὑπὸ τῆς Ἀποστολικῆς καθέδρας κυρωθείσης ις'. τῆς ἀνθρωπίνου σωτηρίας ᾳφ' νς'.

August. eius in Christo filij Parenti optimo posuere.

Nunc ibi piè colitur corpus huiusce B. Patris ab omnibus non modò filijs, sed vniuerso populo curiaque Romana, atque alijs qui eò religionis caussa ventitant. Mouentur enim admirabili sanctitate vitae rebusque mirabilibus, quas Deus ad illustrandum eius apud homines nomen, eiusdem precibus efficit, copiosissimisque fructibus, qui à filiorum sudore laboribusque toto terrarum orbe nascuntur. Neq; non vident radicem, quae plantas eiusmodi genuit, quam perfectissimam esse oportere; vberrimum Deoque gratissimum fontem, è quo fluxerunt illae abundantes ac salutares aquae virtutum atque doctrinae, ad aridam huius mundi irrigandam, quae innumerabiles alioqui spinas & herbas frugibus inimicas effunderet. Fuit mediocri statura, ore venusto, fronte lata neque rugosa, depressis oculis, palpebris vi lacrymarum contractis & corrugatis: modicis auribus, naso maiore & aquilino, colore nec albo, nec fusco, sed vtroque mixto & temperato, caluitie veneranda. vultus illi

iucundè

τῇ λά. τοῦ Αὐγούστου, οἱ αὐτοῦ ἐν Χριστῷ υἱοὶ πατρὶ βελτίστῳ ἔθεσαν.

Νῦν ἐκεῖ τὸ σῶμα τούτου μακαρίου πατρὸς ὑπὸ πάντων οὐ μόνον τῶν ἡμῶν, ἀλλὰ παντὸς δήμου καὶ αὐλῆς Ῥωμαϊκῆς, καὶ ἄλλων τῶν ἐκεῖσε εὐσεβείας ἕνεκα φοιτώντων σέβεται. ἐγείρονται γὰρ τῇ ἁγιότητι θαυμαστῇ τοῦ βίου καὶ τοῖς σημείοις ἀγαστοῖς, ἅπερ ὁ θεὸς εἰς τὸ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις ὄνομα αὐτοῦ διαφημίζειν, τῇ δεήσει αὐτοῦ κατεργάζεται, καὶ τοῖς εὐπορωτάτοις καρποῖς, οἵτινες ἐξ ἱδρῶτος καὶ καμάτων τῶν ἡμῶν πανταχοῦ γῆς ἐκφύονται. καταvοοῦσι γάρ, ὅτι τὴν ῥίζαν τὴν τοιαῦτα φυτὰ βλαστάνουσαν δεῖ εἶναι τελειοτάτην· τὴν πηγὴν εὐπορωτάτην καὶ τῷ θεῷ χαριεστάτην, ἐξ ἧς ἐρρύηκεν ἐκεῖνα τὰ ἄφθονα καὶ σωτηριώδη ὕδατα τῶν ἀρετῶν καὶ τῆς διδαχῆς, εἰς τὸ τὴν τοῦ κόσμου τούτου ξηρὰν καταβρέχειν, ἣ ἂν ἄλλως ἀναριθμήτους ἀκάνθας καὶ πόας τοῖς καρποῖς βλαβερὰς ἐξέχεε. τῆς μὲν ἡλικίας ὁ Ἰγνάτιος μέσης ἔτυχε, τὴν ὄψιν εὐπρεπής, εὐρυμέτωπος ἄνευ ῥυτίδος, τοὺς ὀφθαλμοὺς καταπιεσθείς, τὰ βλέφαρα, διὰ τὸ τῶν δακρύων πλῆθος, συνεσταλμένος καὶ ἐρρυσωμένος, μετριώτης, τὴν ῥῖνα μείζω οὖσαν, γρυπός· τὸ χρῶμα ἦν αὐτῷ λευκόφαιον, φαλακρότης αἰδέσιμος, πρόσωπον

ἡδέως

iucundè grauis, & grauiter iucundus, quique intuentes specie quadam & conformatione recrearet, grauitate componeret. Ex altero crure nonnihil claudicabat, quod, accepto vulnere demtoq; osse, paullò contractius erat: honestè id tamen, & quod incedendi moderatione tegeret.

CAPVT XII.

De præcipuis eius virtutibus, humilitate præsertim suique contemptu.

ENimuerò quis admirabilem concentũ virtutum eius pro dignitate commemoret? quis cælestes opes, quibus eum Deus locupletauit, cælestia dona, quibus ornauit? pœnitentiæ grauitatem? perfectam contemptionem rerum humanarum? eximiam animi demissionem? inuictam patientiam? amabilem mansuetudinem? prudentiam singularem? suauem & efficacem gubernandi rationem? constantiam in rebus aduersis? robur in ijs, quæ difficilia sunt pro Dei amore suscipiendis, vigilantiam & sollicitudinem in exequendis? ardentem amorem in Deum & proximum? quis assiduitatem, contentionem, tranquillitatem orationis, qua animus, Dei sponsi sui amore concalescebat? quis prodigia, quæ idem Dominus per eum fecit, &

in dies

ἀδεῶς σεμνόν, καὶ σεμνῶς ἡδύ, τὸ τοὺς εἰσορῶντας εἴδει μέν τινι καὶ καταστάσει εὐφραῖνον, τῇ δὲ σεμνότητι σωφρονίζον. τῷ σκέλει ἑτέρῳ ἐπιποσὸν ἐπέσκαζεν, ὃ ἐκ τοῦ τραύματος γινομένου καὶ τοῦ ὀστέου ἀφαιρεθέντος, βραχύτερον ὑπῆρξε· τοῦτο δὲ τῷ βαδισμῷ μετρίῳ εὐσχημόνως ἀπέκρυπτε.

Κεφ. ιβʹ.

Περὶ τῶν ἐξαιρέτων αὐτοῦ ἀρετῶν, μάλιστα δὲ περὶ τῆς ταπεινότητος καὶ αὐτοῦ καταφρονήσεως.

Ἀλλὰ μὴν τίς ἂν τῶν ἀρετῶν αὐτοῦ θαυμαστὴν ἁρμονίαν κατ' ἀξίαν διέλθοι; τίς τὴν οὐράνιον εὐπορίαν, ἣν αὐτῷ ὁ θεὸς παρεῖχε, τὰ οὐράνια δῶρα, οἷς αὐτὸν ἐκόσμησε; τίς δεινότητα τῆς μεγαλονοίας, τὴν τελείαν καταφρόνησιν τῶν ἀνθρωπίνων, τὴν ἐξαίρετον ταπεινοφροσύνην, τὴν ἀνίκητον ὑπομονήν, τὴν ἐράσμιον πραότητα; τὴν ὑπερέχουσαν φρόνησιν, τὸν τοῦ κυβερνᾷν ἰδέᾳ καὶ εὐεργῆ τρόπον, τὴν εὐστάθειαν ἐν τῇ ἀτυχίᾳ, τὴν ἀνδρείαν ἐν τοῖς τῶν δεινῶν ὑπὲρ τοῦ θεοῦ ἀντιλαμβάνεσθαι, καὶ τὴν ἐπιμέλειαν καὶ μέριμναν ἐν τῷ διαπράττεσθαι, τὴν ζέουσαν ἀγάπην πρὸς τὸν θεόν, καὶ τὸν πλησίον; τίς τὴν ἐπιμονήν, σπουδὴν καὶ ἡσυχίαν τῆς προσευχῆς, ἧ τινι ἡ ψυχὴ τῇ τοῦ θεοῦ νυμφίου αὐτοῦ ἀγάπῃ ἐθερμαίνετο; τίς τὰ τέρατα, ἃ ὁ αὐτὸς κύριος δι' αὐτοῦ ἐποίησε, καὶ

in dies facit? nam vt omittamus pœnitentiæ seueritatem, egestatem, inediam, frigus, verberationes, cilicia, & omne pœnarum genus, quibus corpus exercuit, ex quo cœpit Deo seruire, humilitatem inprimis reliquarum virtutum fundamentum ardenter amplexus est. Itaque pannosus & seminudus, egens in hospitali pauperum domo passim cum egentibus versari, abijci & conculcari, ignobilis esse ac pro nihilo putari, exultare gaudio, si quando despiceretur, & pro Christi amore vexaretur. Sic enim expressam non solùm ad intuendum, verùm etiam ad imitandum nobis huius virtutis imaginē reliquit: vt eā nobis proponentes eò magis nos demittamus, quò volumus excelsiorem in locum adscendere, quantoque sublimiorem ædificij molem exstruimus, tantò altiora fundamenta iaciamus: illud denique certum & exploratum habeamus, multò magis hanc submissionem ad salutem & conuersionē animorum valere, quàm humanam auctoritatem, vel cum tenuissima ambitionis aut arrogantiæ suspicione coniunctam. Et ille quidem talis tantusque cum esset, vt ex ipsomet audiui, petebat ab omnibus è domo virtutum exempla, sumebatque materiam erubescendi, nec vllum nisi se tantùm improbabat. Scripsit aliquando in quadam epistola, quam vidi, se nullum

καθ' ἑκάστην ποιεῖ; ὡς γὰρ παραλείπειν τὴν τῆς μετανοίας αὐστηρότητα, ἔνδειαν, ἀσιτίαν, ψύχος, μαστιγώσεις, τριχίνια, καὶ παντοδαπὰς ποινάς, αἷς τὸ σῶμα ἤσκησεν, ἐξ οὗ τῷ θεῷ δουλεύειν ἤρξατο, μάλιστα περὶ τὴν ταπεινότητα τῶν ἄλλων ἀρετῶν θεμέλιον οὖσαν σφόδρα ἐσπούδασε. Διόπερ ῥακώδης ἡμίγυμενος, καὶ ἐνδεὴς ἐν τῷ πτωχοδοχείῳ πανταχοῦ μετὰ τῶν πτωχῶν διέτριψε, καταβαλλόμενος, καὶ καταπατούμενος, ἀδοξῶν, καὶ ἐξουδενούμενος· ἐπὶ τῷ καταφρονεῖσθαι καὶ τῷ ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ κακοῦσθαι ὡς μάλιστα ἥδετο. οὕτω γὰρ ταύτην τὴν ἀρετὴν, μὴ μόνον εἰς τὸ εἰσορᾶν, ἀλλὰ καὶ μιμεῖσθαι εἰκονισμένην ἡμῖν κατέλιπεν, ὥστε αὐτὴν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντες, τοσούτῳ μᾶλλον ἡμᾶς ταπεινοῦμεν, ὅσῳ εἰς ὑψηλότερον τόπον ἀναβῆναι ἐθέλομεν· καὶ ὅσῳ ἀνώτερον οἰκοδομοῦμεν, τοσούτῳ βαθύτερον θεμέλιον καταβαλλόμεθα· πλευτῖον ὡς ἐπαίσθημεν, ταύτην τὴν ταπεινοφροσύνην εἰς τὸ τὰς ψυχὰς σώζειν καὶ ἐπιστρέφειν πολὺ μᾶλλον ἰσχύειν τοῦ ἀνθρωπίνου ἀξιώματος, ᾧ καὶ ἐλαχίστη τῆς φιλοτιμίας ἢ τῆς ἀλαζονείας ὑποψία πρόσεστι. κἀκεῖνος μὲν τοιοῦτος καὶ τοσοῦτος ὢν, παρὰ πάντων τῶν οἴκοι, καθὼς αὐτοῦ τινὸς λέγοντος ἤκουσα, τὰ τῶν ἀρετῶν παραδείγματα καὶ αἰτίαν τοῦ αἰσχύνεσθαι ἐλάμβανε, μηδὲν ἄλλο εἰ μὴ ἑαυτὸν ἐκφαυλίζων. ἐν ἐπιστολῇ τινι, ἣν ἔβλεψα, ἔγραψέ ποτε, ὅτι μηδένι, καίπερ

vnquam cum vllo quamuis improbo de rebus diuinis exorsum esse sermonem, quin hac arte sibi magnum cepisse fructũ videretur, propterea quòd sine dubitatione se nequiorem illo deteriorémque existimaret. Ad hæc dictitabat, credere se in terris reperiri neminem, qui collatis in se tot tamque assiduis Dei beneficijs sæpius quàm ipse prætermissæ gratiæ culpam incurreret, & negligentiùs officium Deo præstaret Mihi dixit aliquando, se ad Deo precatum, vt cùm è vita migrasset, cadauer suum auibus & feris dilaniandum abijci pateretur; Cùm enim, inquit, vt probè noui, nihil sim nisi sterquilinium & fœtida cloaca, quid aliud sceleribus meis dignum exoptem? Ab omnibus cupiebat illudi, aiebatque futurum, vt in publico pannosus, aut seminudus & lutulentus incederet, nisi moderaretur affectibus, vt fatuus ab omnibus iudicaretur.

Sed hunc humilitatis ardorem charitate desiderioque iuuandi proximum temperabat. Rarò de rebus suis agebat, nisi res magnam necessitatem afferret. Quòd si de ijs alius eo præsente tractaret, aut ea diceret quæ essent cum eius laude coniuncta, continuò seipsum colligebat lacrymans, & magno rubore suffusus. Sacerdos quidam Societatis maturus & ætate grauis

ci à

πονηρῷ ὄντι, περὶ τῶν τοῦ Θεοῦ ὁμιλῆσαι ἤρξατο, ταύτῃ τῇ τέχνῃ μὴ σφόδρα ὠφεληθεὶς, ἀνθ' ὧν ἑαυτὸν ἐκείνου πονηρότερον καὶ κακίω εἶναι ἀναμφιβόλως ἐνόμισε. πρὸς τούτοις συχνῶς ἔλεξεν, ὅτι οὐδεὶς ἐπὶ τῆς γῆς εὑρίσκεται, ὃς περὶ τοῦ Θεοῦ πλείω καὶ συχνότερα εὐεργετηθεὶς, πλεονάκις ἂν τῇ ἀχαριστίᾳ ἐξημάρτανε, καὶ ἀμελέστερον τὸν Θεὸν ἐθεράπευεν. ἐμοί ποτε εἶπεν, ὅτι τὸν Θεὸν ἠξίωσεν, ἵνα τὸ πτῶμα αὐτοῦ τελευτήσαντος, εἰς τὸ ὑπὸ τῶν πετεινῶν καὶ θηρίων διασπαράττεσθαι, ἐάσῃ ἀποβληθῆναι· οἶδας γὰρ ἀκριβῶς (ἔφη) ὅτι μηδὲν εἰμι, ἤπερ κοπρία καὶ δυσώδης ὀχετὸς, τί ἂν ἄλλο τῶν ἀδικημάτων μου ἄξιον ἐπιτυχοίμην; ὑπὸ πάντων χλευάζεσθαι ἐπεθύμει λέγων, ὅτι ἤμελλε δημοσίᾳ ῥακώδης ἠμίγυμνος καὶ βορβορώδης βαδίζειν, ὥστε ὑπὸ πάντων μωρὸν νομισθῆναι, εἰ μὴ τὴν ὁρμὴν ἐπεῖχεν.

Ἀλλὰ μὴν τοῦτο τῆς ταπεινοφροσύνης διάπυρον τῇ ἀγάπῃ καὶ τῷ τοῦ τοῖς πλησίον βοηθεῖν πόθῳ ἰσοφέρονισε. σπανίως μὲν περὶ τῶν ἑαυτοῦ διελέγετο, εἰ μὴ τοῦτο πάνυ ἀναγκαῖον ἐγένετο· ἄλλου δὲ περὶ ἐκείνων λέγοντος, ἢ τῶν τῷ ἐγκωμίῳ αὐτοῦ προσόντων διηγουμένου, παραυτίκα ἀνέλαβεν ἑαυτὸν δακρύειν καὶ ἐρυθριᾶν. ἱερεύς τις τῆς ἑταιρείας συνετὸς, τῇ ἡλικίᾳ προβεβηκὼς, καί ποτε αὐτῷ ἐπὶ τῶν

ci à confessionibus aliquandiu fuerat, na-
tione Nauarrus, nomine Iacobus Eguia,
vir tantæ virtutis & innocentiæ laude cu-
mulatus, vt B. Pater diceret: Cùm ad cœ-
tum beatorum in cœlis aggregati fueri-
mus, P. Iacobus in tantam excelsitatem
adscendet, vt eum nos locorum interual-
lo disiuncti videre vix possimus. Atque hic
senex virtutes & integritatem B. Patris
grauiter extollere solebat, vt qui eius ani-
mi candorem, intimosque sensus explora-
tos haberet & cognitos. Erat hæc Patri
adeo grauis & odiosa laudatio, vt eum in-
terposito obedientiæ nomine iusserit eius-
modi sermonibus abstinere. Sed hic im-
memor edicti, cùm in pristinam subinde
consuetudinem relaberetur, destitit etiam
ipse eius in aure peccata deponere. Hic
idem senex illud crebrò vsurpabat;
Vtinam me Deus P. Ignatio vel paucis die-
bus superstitem esse vellet, ad ea patefa-
cienda quæ de ipso cognoui. Sed Deo, cu-
ius in potestate sunt omnia, longe aliter
visum est. Nam hic ante B. Ignatium tri-
duo decessit, quod ipsum, vt creditum fuit,
precibus impetrauit Ignatius. Tantam
autem sui cognitionem erat consecutus, vt
compluribus annis antequam huius lucis
vsuram amitteret nullo omnino sensu tan-
geretur inanis gloriæ; tantoque lumine
illustra-

τῆς ὁμολογήσεως ἀπορρήτων γενόμενος, τῷ μὲν γένει Ναύαρρος, τῷ δ' ὀνόματι Ἰάκωβος Ἐγυΐας, ἐπὶ τῇ ἀρετῇ καὶ τῇ ἀκακίᾳ οὕτως εὐδόκιμος, ὥστε τὸν μακάριον πατέρα εἰπεῖν· ὅταν τῇ τῶν ἁγίων ἑταιρείᾳ ἐν οὐρανῷ προσταχθῶμεν, ὁ πατὴρ Ἰάκωβος εἰς τοσοῦτο ὕψος ἀναβήσεται, ὡς ἡμεῖς τῷ τῶν τόπων διαστήματι ἀπέχοντες αὐτὸν εἰσορᾶν μόγις δυνάμεθα. καὶ οὗτος ὁ γέρων τὰς ἀρετὰς καὶ τὴν ἀκακίαν τοῦ μακαρίου πατρὸς σεμνῶς ἐγκωμιάζειν εἴωθεν, ὡς τὴν τοῦ νοῦ αὐτοῦ εἰλικρίνειαν, καὶ τὴν ἐνδοτάτην γνώμην σαφῶς ἐπιστάμενος. ταύτην δ' ἐπαίνεσιν ὁ πατὴρ οὕτως ἐδυσχέραινεν, ὥστε αὐτὸν διὰ τῆς ἐπακοῆς τοιούτων λόγων ἀπέχειν ἐκέλευσε. τούτου δὲ ὑπὸ λήθης τοῦ προστάγματος εἰς τὸ πρόσθεν ἔθος ἐνίοτε μεταπίπτοντος, καὶ αὐτὸς ἐκείνας τὰς ἁμαρτίας ἐξομολογούμενος ἐπαύσατο. ὁ αὐτὸς ὁ γέρων πολλάκις τοῦτο λέγειν εἴωθεν· εἴθε ὁ θεὸς τῷ Ἰγνατίῳ ὀλίγας γε ἡμέρας με ἐπιβιῶναι βούλοιτο, τοῦ φανερῶσαι, ἅπερ περὶ αὐτοῦ ἐγνώρισα. ἀλλὰ τῷ θεῷ, ἐφ' ᾧ πάντα ἐστὶ, πάνυ ἄλλο ἔδοξεν. αὐτὸς γὰρ πρὸ τοῦ μακαρίου Ἰγνατίου τρισὶν ἡμέραις ἀπέθανεν, ὅ,τι, καθὼς ἐπιστεύθη, τῇ προσευχῇ ὁ Ἰγνάτιος διήνυσε. τοσαύτης δὲ αὐτοῦ γνώσεως ἐπέτυχεν, ὥστε πολλοῖς ἔτεσι πρὶν ἢ μετήλλαξεν, εὐδημιᾶς κενοδοξίας ᾔσθετο, καὶ οὕτως

illustratus, vt diceret, nullum esse culpæ genus à quo minùs sibi putaret metuendum. Hic tamen vermis omnia rodit, etiam cedros Libani: atque in animo sui amore cæcato & de se maiora sentiente innascitur. Nihil erat apud eum lautum, nihil elegans, nihil exquisitum, nihilque sumptuosum, humilitatem cuncta redolebant Vilis erat illi vestitus tametsi nitidus & mundus, vilis lectus, vilis cibus, adeoque tenuis & parcus, vt perpetuam quandam ieiunij legem seruare videretur. In abiectioribus domus ministerijs libentissimè versabatur, cuiusmodi erat componere lectos ægrotorum aliaque id genus quàm plurima. Quòd si res in controuersiam vocaretur non satis clara & euidens, facilè in aliorum sententiam ibat. Quamuis honoris gradu superior esset omnibus, se tamen æquabat ijs, qui sub eius erant potestate, immò verò subijciebat se interdum etiam minimo, admirabili quadam lenitate & modestia. Cùm doctrinam Christianam rudioribus traderet, puer quidam è collegio simpliciter & candidè monuit, vt curam & studium in expolitione linguæ poneret, eò quòd nescio quid barbarũ & peregrinũ in Italica lingua sonaret. Cui Pater, Rectè mones, inquit, sed obserua diligenter (amabo) me docentem,

& si

ἐφωτίσθη, ὥστε ἔλεγεν, ὅτι δοκεῖ μηδεμίαν αἰτίαν ἧττον φοβεῖσθαι. ἀλλ' ὅμως οὗτος σκώληξ πάντα καὶ τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου κατατρώγων, τῷ νῷ τῇ φιλαυτίᾳ τυφλωθέντι καὶ μεγαλοφρονοῦντι ἐγγίνεται. μηδὲν μὲν αὐτῷ ἦν λαμπρὸν, μηδὲν κομψὸν, μηδὲν ἐξηκριβωμένον, μηδὲν πολυτελὲς, πάντα δὲ τῆς ταπεινοφροσύνης ἀπώζεσεν. ἐσθὴς αὐτῷ ἦν εὐτελὴς, καίπερ καθαρὰ καὶ ἀῤῥύπαρος, εὐτελὴς κλίνη. εὐτελὴς σῖτος οὕτω λιτὸς καὶ φειδωλὸς, ὥστε συχνόν τινα νόμον τῆς νηστείας τηρῆσαι δοκεῖν. ταῖς εὐτελεστέραις ὑπηρεσίαις τοῦ οἴκου ἀσμενέστατα προσεφέρετο, οἷον τὸ στρωννύειν τὰς κλίνας τῶν νοσούντων, καὶ τἄλλα τοιαῦτα πλεῖστα. ἀμφισβητήσεως δὲ γινομένης περὶ πράγματός τινος, οὐχ ἱκανῶς σαφοῦς καὶ ἐναργοῦς ὄντος, ῥᾳδίως τοῖς ἄλλοις ὁμογνωμόνει. εἰ καὶ τῷ τῆς τιμῆς βαθμῷ πάντων προεῖχεν, ὅμως τοῖς ἀρχομένοις ἑαυτὸν ἐξωμάλιζε, μᾶλλον δὲ τῷ ἐλαχίστῳ ποτὲ σὺν θαυμαστῇ τινι πρᾳότητι καὶ ταπεινοφροσύνῃ ὑπετάττετο. τὴν χριστιανικὴν κατήχησιν τοὺς ἰδιώτας αὐτὸν διδάσκοντα, πῶς τις τοῦ συλλόγου ἁπλῶς καὶ εἰλικρινῶς παρήνεσε, σπουδὴν ποιεῖσθαι περὶ τὴν γλῶτταν ἐπεξεργάζεσθαι, ἀνθ' ὧν οὐκ οἶδ' ὅ,τι βάρβαρόν τι καὶ ξένον ἐν τῇ Ιταλικῇ γλώττῃ ἐφθέγγετο. ᾧ τινι ὁ πατὴρ, καλῶς παραινεῖς, εἶπεν, ἀλλ' ἀκριβῶς, δέομαί σου, ἐμὲ διδάσκοντα παρατήρει,

& siquid vitiosum fuerit, notato, vt emendet. Cur ordinem nomine IESV insigniri voluerit, ea potissimum ratio fuit, ne de suo nomine diceretur, neue eius constituendæ socius & administrator fuisse videretur. Si quando mentionem eius inferret, illud vsurpare consueuerat. Hæc minima Societas, vt quemadmodum esset ipse iudicio suo minimus, tales etiam haberentur & filij. Sed quid hanc virtutem commemorem, qua toties ex animi sui sententia Societatis administrationem deprecatus, & vsque eò recusauit, quoad is, qui à confessionibus ipsi fuerat, religionem iniecit? sed nec tamen in posterum conquieuit: nam anno CIↃ. IↃ. L. præcipuos è Societate Patres conuocauit, vt ijs auctoribus magisterio se abdicaret. Denique testatus est, & scriptis ad eos litteris confirmauit, in se non reperiri vel minimam partem earum virtutum, quæ ad hoc munus necessariæ esse videantur. Verùm sit hoc humilitatis eius, scimus enim quicunque eum nouimus, tam eximijs fuisse præditum, tanta scientia gubernandi, vt summi moderatores ordinis nostri ab eo bene regendi exempla petere meritò debeant. Sed quamuis, quod desiderabat, impetrare non potuit, patresque facti auctores futuros se negauerunt, noua tamen

huius

καὶ εἴ τι πλημμελὲς ἔσται, σημειώσειν, ἵνα διορθωθῶσι. ἡ αἰτία, δι' ἣν τῇ τάξει τὸ τοῦ Ἰησοῦ ὄνομα τιθέναι ἠθέλησεν, ἥδε μάλιστα ὑπῆρξε, τοῦ μὴ καλεῖσθαι αὐτὴν τῷ αὐτοῦ ὀνόματι, μηδ' αὐτὸν τοῦ κατασταθῆναι ἐκείνην συνεργὸν καὶ διοικητὴν γενέσθαι δοκεῖν. εἴ ποτε περὶ αὐτῆς μνείαν ἐποιεῖτο, οὕτω φράζειν εἰώθει· αὕτη ἐλαχίστη ἑταιρία, ὥστε, καθάπερ τῇ γνώμῃ αὐτοῦ ἐλάχιστος ἦν, τοιούτους καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ νομίζεσθαι. τί δ' ἂν διέλθοιμι τὴν ἀρετήν, ἣ τοσάκις ἐξ ὅλης τῆς καρδίας τὴν τῆς ἑταιρίας διοίκησιν ἀπευξάμενος παρῃτήσατο, ἕως ἂν ὁ τὴν αὐτοῦ ἐξομολόγησιν ἐκδεχόμενος ἐνθύμιον ποιήσηται; ἀλλ' οὐδὲ τὸ λοιπὸν τούτῳ ἐπανεπαύετο. τῷ γὰρ ἔτει ,αφν'. τοὺς προέχοντας πατέρας τῆς ἑταιρίας συνεκάλεσε, ἵνα τῇ ψήφῳ αὐτῶν τῆς προστασίας ἀπιέναι· τὸ τελευταῖον μαρτυρήσας, καὶ ἐπιστείλας αὐτοῖς διεβεβαιώσατο, ἐν αὐτῷ οὐδ' ἐλάχιστον μέρος τῶν ἀρετῶν τῶν τῇ ταύτῃ προστασίᾳ ἀναγκαίων εἶναι δοκουσῶν εὑρίσκεσθαι. ἀλλ' οὕτως εἶχε τῆς ταπεινοφροσύνης· οἴδαμεν γὰρ πάντες, ὅσοι ἂν αὐτὸν ἐγνώσαμεν, ὅτι ὑπερόχοις ἀρεταῖς, καὶ τοσαύτῃ τοῦ κυβερνῆσαι ἐπιστήμῃ ἐκοσμήθη, ὥστε τοὺς μεγίστους προστάτας τῆς ἡμῶν ἑταιρίας παρ' αὐτοῦ, τοῦ εὖ διοικεῖν παραδείγματα εἰκότως δεῖν αἰτῆσαι. εἰ δὲ καὶ τῆς δεήσεως αὐτοῦ ἀπέτυχε, καὶ οἱ πατέρες ἠρνήσαντο, ἵνα αὐτὸν τὴν ἀρχὴν ἀπειπεῖν, αἰτίους ἔσεσθαι, οὐ δήπου

περὶ

huius abdicationis consilia tractare non destitit, & omnes vias peruestigare, quibus administratione solutus & liber ad contemplationem se transferret. Existimabat enim (vt mihi quidem dicebat) inutilem se & ineptum ad omnia, & in eo gradu collocatũ, quem alius, quàm ipse, felicius teneret. Sed neque tum ipsi quod optabat extorquere fas fuit; firmissimè siquidem asseueratum fuit, non esse sperandum, vt ad eius voluntatem accederet vnquam Societatis auctoritas, neque commissuram, vt eius gubernacula alius eo viuo capesseret. Ab hac tam eximia præstantique virtute nascebatur despicientia sui, rerumque humanarum ac terrenarum. Auet enim qui verè demissus est deprimi, censetque eam depressionem, vt B. Bernardus auctor est, munire ad humilitatem viam. Ab eadem oriebatur in laboribus fortitudo, patientia in rebus aduersis. Talis enim cùm sit ad seipsum semper intentus, seque maximè nocentem & consolatione indignũ existimet, omnibus se rebus inferiorem putat, nec mali sibi quidquam posse accidere, quod pro magnitudine peccatorum suorum exiguum non videatur: huic denique optatissimum est, vt res omnes quasi iustitiæ diuinæ administri debitas atque vltrices à se pœnas reposcant.

CAPVT

περὶ τούτου αὖθις βουλευόμενος, καὶ πάσας ὁδοὺς ἐξερευνῶν ἐπαύσατο, δι' ὧν ἂν τῆς προστασίας ἀπαλλαχθεὶς καὶ ἀπολυθεὶς τῇ νῦν τῇ θεωρίᾳ προσεῖχεν. ἠγάπα γὰρ μὲν (καθὼς ἐμοὶ ἔλεγεν) ἑαυτὸν πρὸς ἅπαντα ἄχρηστον καὶ ἀφυῆ εἶναι, καὶ κατασταθῆναι εἰς τόνδε τὸν βαθμὸν, ὃν ἄλλος ἂν, ἢ αὐτὸς εὐτυχέστερον κατέχειν ἠδύνατο, ἀλλ' ὅτι τηνικαῦτα τὸ ποθούμενον αὐτοῦ ἐκβιάζεσθαι οἷός τε ἐγένετο, πάντων εὐσταθῶς καταφάντων οὐδεμίαν ἐλπίδα εἶναι, τὴν τῆς ἑταιρίας αὐθεντίαν τῇ βουλῇ αὐτοῦ πώποτε συγκαταθήσεσθαι, οὐδ' ἐάσειν, αὐτοῦ ζῶντος, τὴν προστασίαν ἄλλον πιστευθῆναι. ταύτης δὲ τῆς ἐξαιρέτου καὶ ἐπιφανοῦς ἀρετῆς ἐξεγίνετο ἡ αὐτοῦ καὶ πάντων ἀνθρωπίνων καὶ ἐπιγείων καταφρόνησις. ὁ γὰρ ὄντως ταπεινόφρων ἐπιθυμεῖ καταπιέζειν, καὶ νομίζει τὴν ὧδε τὴν καταπίεσιν, καθάπερ ὁ ἅγιος Βέρναρδος συνέγραψε, τῇ ταπεινοφροσύνῃ ὁδοποιεῖν. τῆς αὐτῆς ἐξεφύετο ἥ τε ἐν τοῖς κόποις ἀνδρότης, καὶ ἡ ὑπομονὴ ἐν τοῖς ἀτυχήμασι. τοιοῦτος γὰρ ἑαυτῷ τὸν νοῦν πάντοτε προσέχων, καὶ ὡς μάλιστα ἑαυτὸν ὑπεύθυνον, καὶ τῆς παραμυθίας ἀνάξιον εἶναι δοκῶν, πάντων ἐλαττοῦσθαι ἡγεῖται, καὶ μηδὲν κακὸν αὐτῷ συμβῆναι δύνασθαι, ὅ,τι ἂν πρὸς τὸ τῶν ἁμαρτιῶν πλῆθος οὐ μικρὸν φαίνοιτο. τέλος δὲ τούτῳ προτιμότατόν ἐστι, πάντα, ὡς τῇ τοῦ θεοῦ δικαιοσύνῃ ὑπεργοῦντα, τὰς ὀφειλομένας δίκας καὶ τιμωρίαν αὐτὸν αἰτεῖν.

CAPVT XIII.

Exacta eius mortificatio, & in Deum charitas.

QVid dicam domitas habuisse cupiditates? quid libidines & reliquos impetus animi non rectos? tanta pace mentisque tranquillitate fruebatur, vt nihil admodum eum turbare posse videretur. Erat ea constitutione corporis, vt bilis maximè dominaretur, tanta tamen in eo cernebatur comitas, affabilitasque sermonis, vt eum natura pituitosum & frigidum diceres. Sed eo quod in affectu vitiosum erat edomito, vim tamen in agendo vigoremque retinebat. Eundem tenorem semper in rebus gerendis habuit, & perpetuitatem in omni vita seruauit. Licet enim valetudo corporis esset varia, semper tamen constans animus & æquabilis erat, nec inclinatio rerum aut temporis animi inclinationem afferebat. Atq; hæc æquabilitas animi perpetuaque constantia in corpus etiam suo modo redundabat, vultumque pro sua voluntate fingebat. Aliquando cùm morbo laboraret, monuit medicus, vt omnium rerum imagines quæ tristitiam animo afferre possent, è cogitatione depelleret. Quocircà secum attentè cogitare cœpit, num res tam atrox & acerba

Κεφ. ιγ'.

Ἡ αὐτοῦ ἀκριβὴς νέκρωσις, καὶ θεοφιλία.

Τί λέξω, ὅτι τὰς ἐπιθυμίας, ἀσελγείας, καὶ τὰς ἄλλας τῆς ψυχῆς ἀτάκτους ὁρμὰς δαμάσας ἦρχε; τοσαύτης εἰρήνης καὶ εὐθυμίας ἀπέλαυσεν, ὥστε μηδενὶ αὐτὸς σφόδρα ταραχθῆναι δοκεῖν ἐδόκει. τὸ σῶμα μὲν οὕτως εἶχεν, ὥστε αὐτὸν πάνυ ὀξύχολον πεφυκέναι, τοσαύτη δὲ ὅμως εὐπροσηγορία καὶ περὶ τὸν λόγον φιλοφροσύνη ἐν αὐτῷ ἐφαίνετο, ὡς αὐτὸν τὴν φύσιν φλεγματικὸν καὶ ψυχρὸν ἔλεγες. ἀλλὰ τοῦ ἐν τῷ πάθει κακοῦ ὄντος κρατήσας, τὴν ἐν τῷ πράττειν ἐνέργειαν καὶ ἀκμὴν ἐτήρει. ἐν τοῖς πράγμασι τῷ αὐτῷ καὶ ἀμεταλλάκτῳ τρόπῳ ἀεὶ χρώμενος, τὴν ἐνδελέχειαν δι᾽ ὅλου τοῦ βίου διεφύλαξεν. καίτοι γὰρ ἡ τοῦ σώματος ἕξις διαφόρως εἶχεν, ὅμως τὸν νοῦν εὐσταθῆ καὶ ὁμαλὸν πάντοτε ἐτύγχανε, καὶ ἡ τῶν πραγμάτων ἢ τοῦ χρόνου μεταβολὴ, μηδεμίαν τοῦ νοῦ μεταβολὴν κατειργάζετο. αὕτη δὲ ἡ τῆς ψυχῆς ὁμαλότης καὶ συνεχὴς εὐστάθεια καὶ εἰς τὸ σῶμά πως διῆκε, καὶ τὸ πρόσωπον, καθὼς πρὸ θυμοῦ ἦν, κατηρτίζετο. νοσοῦντί ποτε αὐτῷ ὁ ἰατρὸς παρῄνεσε, πάντων τῶν πραγμάτων φαντάσματα τὰ τῶν νῦν λυπούντων δυνάμενα, τῆς διανοίας ἀπωθεῖν. πρὸς ἑαυτὸν οὖν ἀκριβῶς σκοπεῖσθαι ἤρξατο, μή τι οὕτω δεινὸν καὶ

πικρὸν

acerba posset accidere, quæ se molestia afficeret, & è perpetua mentis pace & tranquillitate deijceret. Hæc cogitanti & rerum naturam peregrinanti illud vnum occurrit; Si quo casu Societas dissolueretur. Quod si tamen hoc sine sua culpa eueniret, & quartam horæ partem in oratione poneret, pristinam animi quietem se recuperaturum sperabat, etiamsi vniuersa Societas tanquam sal aquâ collicuisset. Quantùm ergò à se ipso auulsum, & Deo conglutinatum fuisse oportuit, cuius in re tam graui eiusque propria, tanta erat cum diuina voluntate consensio? indicium id sanè clarum & euidens, vitiosam naturam penitus in Ignatio edomitam ac compressam fuisse.

Hac abdicatione voluntatis, hac animi moderatione & cognitione sui, ad charitatis in Deum reliquarum virtutum reginæ ac dominæ perfectionem sibi fecerat gradum, quæ quidem nulla in re magis elucet, quàm in earum rerum varietate & copia, quas pro eius amore gessit ac pertulit. Verus enim amor nunquam est otiosus, nec satis ei est multis agendo frangi laboribus pro eo quem diligit, nisi & multa pati paratus sit, sanguinemque profundere. Et quidem quantis laboribus hic se B. Pater exercuerit, quanta pro Dei honore glo-

πικρὸν ἂν συμβαίνειν δύνηται, ὃ αὐτὸν βαρύνῃ, καὶ ἐκ τῆς διηνεκοῦς εἰρήνης καὶ εὐθυμίας ἐξιστᾷ. ἑαυτὰ ἐννοοῦντι καὶ φύσιν πάντων σκοποῦντι τόδε μόνον ἐπῆλθεν, εἰ συνέβαινε τὴν ἑταιρείαν διαλύεσθαι. ἐὰν δὲ τοῦτο ἀνεγκλήτως πάθῃ, καὶ τέταρτον μέρος τῆς ὥρας τῇ προσευχῇ ἐνδιατρίψῃ, τὴν πρόσθεν εὐθυμίαν ἀναλήψεσθαι ἤλπισεν, εἰ καὶ ὅλη ἡ ἑταιρεία ὥσπερ ἡ ἅλς, τῷ ὕδατι, κατετήχθη. πόσον οὖν αὐτοῦ ἀποσπασθῆναι, καὶ τῷ θεῷ προσκολληθῆναι ἐδέησεν, ὃς ἐν πράγματι οὕτω μεγάλῳ καὶ αὐτοῦ ἰδίῳ, τοσοῦτον τῷ τοῦ θεοῦ θελήματι συνεφώνησε; τεκμήριον δὴ τοῦτο σαφὲς καὶ ἐναργὲς τοῦ τὴν καλὴν φύσιν ἐν τῷ Ἰγνατίῳ παντελῶς δμηθῆναι καὶ καταπεισθῆναι.

Ταύτῃ τῇ τῆς βουλήσεως ἀποτάξει, καὶ σωφροσύνῃ, καὶ αὐτοῦ γνώσει εἰς τὴν τῆς θεοφιλίας τῆς τῶν ἄλλων ἀρετῶν βασιλίσσης καὶ δεσποίνης οὔσης τελειότητα αὐτῷ βάσιν ἐποίησεν, ἣ ἐν μηδενὶ μᾶλλον ἐκλάμπει, ἤπερ ἐν τῇ ἐκείνων ποικιλίᾳ καὶ πλήθει, ἅτινα ὑπὲρ αὐτοῦ διεπράξατο, καὶ ἔπαθεν. ἀληθινὴ γὰρ φιλία οὐδέποτε ἀργεῖ, καὶ οὐκ ἀρκεῖ αὐτῇ σφόδρα ὑπὲρ τοῦ ἀγαπωμένου διαπονεῖσθαι, ἐὰν μὴ καὶ ἕτοιμος γένηται πολλὰ παθεῖν, καὶ τὸ αἷμα ἐκχεῦσαι. καὶ ὅσοις μὲν πόνοις οὗτος ὁ μακάριος πατὴρ ἑαυτὸν ἤσκησε, καὶ ὅσα τε τὴν τοῦ θεοῦ τιμὴν

re gloriæque propagatione perpessus sit, illud quodammodò ex ijs quæ dicta sunt colligi potest. Sed idē tamen dicere solebat, huius inferioris mundi vniuersas res in altera libræ lance positas, nullius apud se ponderis fore, si in alteram imponerentur, quas hauserat à Deo gratias in vexationibus, carceribus, catenis, quas pro eius amore subierat, nec quidquam posse tantam in animo suo voluptatem gignere, quantam in tolerandis pro Deo rebus aduersis capiebat. Vnde cum quidam Pater ex eo quæreret, quænam esset breuior, certior & securior quærendæ perfectionis via, rerum multarum & grauium pro Dei amore perpessionem esse respondit. Roga Deum, inquit, vt idem tibi beneficium tribuat, nam in quem illud collocat, alia multa confert quæ in eodem includantur. Hoc rogabat, hoc adeptus erat, hoc docebat Ignatius, vnde quanta in Deum fuerit charitate perspicimus. Sed alia etiam nobis suppetunt argumenta maiora. Finis quippe, quo omnes eius referebantur actiones & cogitationes, erat maior Dei gloria. Non enim illi satis erat, vt in eo quod agebat, non offenderetur Deus, nisi simul eius amplificaretur honor & gloria. Cumque de duobus bonis quæreretur, vtrum esset eligendum, semper illud præferebat, in quo

καὶ δόξαν αὐξήσῃ, ὑπέμεινεν, ἐκ τῶν προειρημένων ἀδείπως ἐστὶ τεκμαίρεσθαι. αὐτὸς δὲ ὅμως εἰπεῖν εἴωθε, πάντα τούτου τοῦ κόσμου κόσμου ἐν τῷ ἑτέρῳ τοῦ σταθμοῦ ζυγῷ τεθέντα, ἀβαρῆ ἔσεσθαι, τῶν χαρίτων, παρὰ τοῦ θεοῦ ληφθεισῶν ἐν ταῖς κακώσεσι, φυλακαῖσι, σειραῖς, ἃς αὐτοῦ ἕνεκα ὑπέμεινεν, ἐν ἑτέρῳ ζυγῷ τιθεμένων· καὶ τὴν διάνοιαν αὐτοῦ μηδενὶ οὕτως ἥδεσθαι, ὡς τῷ ὑπὲρ τοῦ θεοῦ ἀτυχήματα πάσχειν. ὅθεν πατρός τινος αὐτὸν ἐρωτήσαντος, τίς ἂν βραχίων, δηλοτέρα καὶ ἀσφαλεστέρα μέθοδος εἴη τοῦ τὴν τελειότητα ζητεῖν; εἶπε, τὸ πολλὰ καὶ δεινὰ τοῦ θεοῦ ἕνεκα παθεῖν. ἀξίωσον τὸν θεόν, ἔφη, τὴν αὐτὴν χάριν σοι χαρίσασθαι· τὸν γὰρ τοιαύτῃ εὐεργετηθέντα ἢ ἄλλας πολλὰς εὐεργετεῖ, τὰς ἐν τούτῳ συνεχομένας. τοῦτο ἐλάττω τούτου ἔτυχε. τοῦτο ἐδίδασκεν ὁ Ἰγνάτιος, ἐξ οὗ, ὁπόσον τὸν θεὸν ἠγάπησε, δῆλόν ἐστι. ἄλλα δὲ καὶ μείζω τεκμήρια προχειρότερα ἔχομεν. ὁ γὰρ σκοπός, ὡς ὃν πάσας πράξεις καὶ ἐννοίας αὐτοῦ κατευθύνοντο, ἡ τοῦ θεοῦ μείζων δόξα ὑπῆρξεν. οὐ γὰρ ἤρκησεν αὐτῷ τὸ ἐν πᾶσιν ἔργοις αὐτοῦ τῷ θεῷ μὴ προσκροῦσαι, ἐὰν μὴ ἡ τιμὴ καὶ δόξα αὐτοῦ ἅμα αὐξηθῇ. καὶ ζητήσεως γινομένης περὶ δυοῖν ἀγαθῶν, πότερον αἱρετέον, τοῦτο ἀεὶ μεῖζον ἐτίμα,

ὃ ἂν

in quo maior cerneretur Dei gloria. Hic perpetuus illi scopus fuit, hoc omnibus in rebus vnum spectauit. Quare inter agendum cum Deo, hanc vocem ex intimo animi sensu frequentiùs promebat: *Domine quid volo, aut quid velle possum extra te?* Ad hæc tanto Dei videndi amore flagrabat atque ex hoc ergastulo corporis euolandi, vt cùm memoriam mortis repeteret, lacrymas cohibere non posset, quæ ab oculis animi gestientis alacritate manabant. Nec id ideo solum, vt sibi consequeretur supremum hoc beatitudinis bonum, sed etiam vt lucem sacratissimæ Christi humanitatis videret, cui sic intimè afficiebatur vt solet amicus, eius quem in corde & oculis gerit grata memoria delectari. Anno CIↃ.IↃ.XLI. mense Iulio, me præsente dixit, quòd si Deus alterum de his duobus eligendum proponeret, aut vt continuò de præsidio & statione vitæ decederet beatitudinem aditurus, aut in vita maneret, an in virtute perseueraret incertus, hoc secundum se potius alteri præpositurum, modò tamen certum & exploratum haberet, rem magnam, pro diuinæ illius maiestatis honore gesturum, solius Dei non sui ratione habita, nec vlla vel sui periculi, vel securitatis cogitatione proposita. Cuius rei hanc afferebat rationem:

Rex

ἐν ᾧ ἡ τοῦ θεοῦ μείζων δόξα ἐφαίνετο. αὕτη πρόθεσις αὐτῷ πάντοτε ἐγένετο, τούτου μόνου ἐν πᾶσιν ἐστοχάσατο. τῷ θεῷ τοίνυν ὁμιλῶν ταύτην τὴν φωνὴν ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς συχνότερον ἐφθέγξατο· κύριε, τί βούλομαι, ἢ τί θέλειν δύναμαι, ἔξω σοῦ; πρὸς τούτοις τοσαύτη ἐπιθυμία, τοῦ τὸν θεὸν ὁρᾶν, καὶ ἐκ τῆς τοῦ σώματος φυλακῆς ἀποπλέειν, κατείχετο, ὥστε τῆς τελευτῆς μνημονεύων τὰ δάκρυα ἐπέχειν οὐκ ἠδύνατο, ἅπερ τῶν ὀφθαλμῶν τοῦ τῷ προθυμουμένου ἐξέρρεεν. οὕτω δ' εἶχε μὴ μόνον ἵνα τοῦ ταύτης τῆς μακαριότητος ἀγαθοῦ ἄκρου ἐφίκηται, ἀλλὰ καὶ ἵνα τὸ τῆς ἱερωτάτης ἀνθρωπότητος φῶς τοῦ Χριστοῦ προσβλέψῃ, ᾧ τινι οὕτως ὅλῃ τῇ ψυχῇ προσεκολλήθη, ὥσπερ φίλος τῇ τοῦ σφόδρα ἠγαπημένου μνείᾳ ἡδίστῃ τέρπεσθαι εἴωθε. τῷ ἔτει ͵αφ' μα'. τῷ Ἰουλίῳ, ἐμοῦ παρόντος, εἶπεν, ὡς εἰ ὁ θεὸς αὐτῷ τὴν δυοῖν τούτοιν αἵρεσιν δοίη, ἢ τῆς μακαριότητος μεθέξοντα εὐθέως τὸν βίον μεταλλάξαι, ἢ, ἐπιζήσαντα μὲν, ἀπορεῖν δὲ πότερον ἐν τῇ ἀρετῇ ἐμμενεῖ· τὸ δεύτερον ἂν ἕλοιτο, εἰ μόνον σαφῶς ἠπίστατο, ὡς μέγα τι ὑπὲρ τῆς τοῦ μεγίστου θεοῦ τιμῆς διαπράξεται, τὸ μόνου τοῦ θεοῦ, ἀλλ' οὐχ ἑαυτοῦ λόγον ποιούμενος, καὶ μηδὲν περὶ τοῦ κινδύνου αὐτοῦ ἢ ἀσφαλείας σκοπῶν. τούτου δ' αἰτίαν ταύτην ἔδωκεν·

εἴπερ

Rex, inquit, aut Princeps aliquis reperiatur in terris, qui cuiuspiam è sua familia officium, magnis beneficijs remunerare velit, si ille hac Regis sui gratia vti nollet ad tempus, vt interea pro eo res magnas obiret, nonne Dominum non modò hanc serui remunerationem conseruare, sed etiam amplificare oporteret, cùm hic ea sese pro Domini sui commodo & vtilitate priuaret. Quòd si hoc homines faciunt, quanto magis à Deo sperare debeamus? aut quamobrem extimescamus, ne nos deserat, aut aditum nobis ad felicitatem occludi patiatur, quia beatitudinem distulimus & eo frui in eius gratiam prætermisimus? Persuadeat hoc, inquit, sibi qui volet, quod ad me attinet, nunquam in animum inducam, vt hoc de Deo optimo & Rege maximo, & susceptorum pro se laborum memori cogitem. Aliàs in eam cogitationem venit, quonam modo affectus esset, si ad inferos impiorum & sceleratorum regionem à Deo deturbaretur, eiusque rei sententiam suam retulit: sic enim est in eo libello quem scripsit ipse: Duo mihi proponebam, quorum alterum erat supplicium illud incendij quo flagrarem, alterum contumeliæ & conuitia, quibus impij Deum insectantur. Ad primum quod attinet, ne pœnam quidem eam arbitrabar,

βασιλεὺς ἔφη, ἢ ἄρχων ἂν ἐπὶ τῆς γῆς εὑρίσκοι-
το, ὑπὲρ τῆς ὑπηρεσίας τινὰ ἐκ τῆς οἰκίας αὐ-
τοῦ συνεργῆσαι βουλόμενος, οὗτος δὲ ταύτης τῆς τοῦ
βασιλέως αὐτοῦ χάριτος ἀπολαῦσαι ἐπὶ χρόνον
οὐκ ἐθέλοι, τῶ ἐν τῷ μεταξὺ ὑπὲρ αὐτοῦ μεγάλα
διαπράττεσθαι, οὐχὶ ἔδει τὸν κύριον ταύτην τὴν
ἀνταπόδοσιν μὴ μόνον διατηρῆσαι, ἀλλὰ καὶ αὐξῆ-
σαι, ἀνθ' ὧν οὗτος διὰ τὴν τοῦ κυρίου ὠφέλειαν καὶ
ὄνησιν ἑαυτὸν ἐκείνης ἀπεστέρησεν. εἰ οὖν τοῦτο οἱ ἄν-
θρωποι ποιοῦσι, πόσῳ μᾶλλον ταὐτὸ παρὰ τοῦ
θεοῦ ἐλπιστέον; ἢ διὰ τί ἂν ἐφοβούμεθα, μὴ ἡμᾶς
καταλίπῃ, ἢ ἐάσῃ τὴν μακαριότητα ἡμῖν ἀπο-
κλείσασθαι, ὅτι αὐτὴν ἀνεβαλλόμεθα, καὶ αὐτοῦ δι' αὐ-
τὸν ἀπολαύοντες διελίπομεν; πειθέτω τοῦτο, εἶ-
πεν, ὃς βουλήσεται· τὸ κατ' ἐμὲ, μηδέποτε πεισθή-
σομαι τοιοῦτον λογισμὸν περὶ τοῦ βελτίστου θεοῦ
καὶ βασιλέως μεγίστου, καὶ τῶν ὑπὲρ αὐτοῦ ἐξαντλη-
θέντων πόνων μνήμονος λαβεῖν. ἐνίοτε αὐτῷ ἐπῆλ-
θε, πῶς ἂν διέκειτο, εἰς τὴν ᾅδου χώραν τῶν ἀσε-
βῶν καὶ ἀθεμίτων καταβληθείς· καὶ οὕτω περὶ
τούτου τὴν αὐτοῦ γνώμην ἀπεφήνατο, καθάπερ
αὐτὸς ἐν βιβλιδίῳ ἔγραψε· δύο μοι ὑπετίθην,
τὴν μὲν τιμωρίαν τοῦ ἐμπρησμοῦ, ἣν ἂν ὑπο-
μένω, τὰς δὲ ὕβρεις καὶ βλασφημίας, ἃς
οἱ ἀσεβεῖς κατὰ τοῦ θεοῦ ποιοῦνται. ὅσον μὲν
πρὸς τὸ πρῶτον, οὐδὲ ζημίαν εἶναι ἡγού-
μενος,

bar, siquidem occurrebat aliud multo maius cruciamentum, cùm audirem sceleratos in sanctissimum Dei nomen maledicta iactantes. Atque hæc est illius oratio. Quantus ergo Dei amor in illo ardebat, qui erga eum sic erat affectus? quanta flamma charitatis illud pectus incendebat, cùm nec illa apud inferos torrentis incendij flumina illam possent exstinguere, aut efficere, vt vllum cruciatum sentiret in pœnis, sed iniuriam solùm & offensionem dilecti sui?

CAPVT XIIII.

Amor Ignatij benignitasque in proximum.

DE hoc flagranti Dei amore succendebantur faces amoris in proximos, propterea quòd illos in Deo, & in illis Deum consideraret. Vnde dicebat, si ad animorũ salutem vel minimum pertineret, in publico nudis pedibus, ridiculis & probrosis rebus onustum incedere se paratissimum esse, nec vllum se quamuis vile, quamuis deforme & contemnendum vestimenti genus recusare, si quam animam eo indutus ad Deum posset adiungere. Lutetiæ homo meretricijs amoribus irretitus erat, quem frustra sæpe conatus fuerat ab hac meretri-

μένω, ἐπειδὴ ἄλλη πολλῷ δεινοτέρᾳ βάσανος ὑπέπληθέ μοι ἀκούοντι μικρῶν εἰς τὸ ἁγιώτατον τοῦ Θεοῦ ὄνομα βλασφημούντων. καὶ οὗτος αὐτοῦ λόγος ἐστί. πόση οὖν θεοφιλία ἐν τῷ οὕτω πρὸς θεὸν διακειμένῳ ἐκαίετο; πόση φλὸξ τῆς ἀγάπης ἐκείνην τὴν ψυχὴν ἐνέπρησεν, ἐπειδὴ οὐδὲ οἱ τοῦ χειμάρρου τοῦ ἐν ᾅδῃ καιομένου ποταμοὶ αὐτὴν σβέσαι, ἢ διαπράξασθαι ἠδυνήθησαν, ὅπως βάσανόν τινα ἐν τῇ κολάσει αἴσθηται, ἀλλὰ μόνον τὴν ἀδικίαν καὶ προσκρουμα τοῦ ἀγαπητοῦ αὐτοῦ.

Κεφ. ιδ᾽.

Η τοῦ Ιγνατίου ἀγάπη, καὶ ἐυεργεσία πρὸς τὸν πλησίον.

ΕΚ ταύτης τῆς καιομένης θεοφιλίας ὑπεκκαύματα τῆς ἀγάπης τῆς πρὸς τὸν πλησίον ὑφήπτετο, αὐθ᾽ ὧν αὐτοὺς ἐν τῷ θεῷ, καὶ ἐν αὐτοῖς τὸν θεὸν ἐσκόπει. διόπερ ἔλεγεν, ὡς, εἰ καὶ ἐλάχιστον εἰς τὴν τῶν ψυχῶν σωτηρίαν ἔτεινεν, ἑτοιμότατος ἐγίνετο, γυμνοποδῶν, καὶ γελοίοις καὶ ἐπονειδίστοις χρήμασι πεφορτισμένος δημοσίᾳ βαδίζειν, καὶ ὡς μηδὲν ἀμφίεσμα, ὁποσονοῦν ἂν εὐτελὲς, ἄμορφον καὶ εὐκαταφρόνητον ᾖ, παραιτεῖται, εἰ αὐτὸ ἐνδεδεμένον ψυχὴν τινα τῷ θεῷ καταλλάττειν ἠδύνατο. ἐν Λυκοτικίᾳ ἄνθρωπός τις ἐν τῇ πορνείᾳ ἐνεπλέχθη, ὃν πολλάκις ταύτης τῆς ἑταιρικῆς συνηθείας

meretricia familiaritate diuellere: tandem aliquando in frigidissimum se lacum, viæ coniunctum, qua ille transiturus erat immersit: atque ad turpes delicias properantem magna contentione vocis appellauit; Perge miser deformes & obscœnas voluptates potiturus, Ego me hîc vsque eò frigore macerabo, quoad iustissimam pestem tibi desuper imminentem auertero. Obstupefactus ille & tam singulari charitatis exemplo perculsus, incitatum ad nefarios amores gradum reuocauit, & ex impura libidine cui seruiebat, emersit.

Hoc semper admodum diligenter ac studiosè cauit, ne maleficia maleficijs compensaret, sed vt de se male meritis bene mereretur, nec mala solùm beneficijs exæquaret, sed etiam obrueret. Cuiusdam benignitate pecuniam ad se missam studiorum nomine, contubernali suo custodiendam dederat, quam ille insigni perfidia auertit, ad seque transtulit, & Parisijs latenter erupit. Inde Rhotomagi cùm in grauem periculosumque morbum incidisset, quia satis exploratum habebat, qua charitate Pater esset, eum litteris inualetudinis suæ certiorem fecit, atque ad extremum, perinde ac si beneficio sibi obstrictus esset, rogauit, vti Rhotomagum celeriter aduolaret auxilio sibi futurus.

ἀποσπᾶν μάτην ἐσπούδασε· τελευταῖον εἰς ψυχροτάτην λίμνην ἐχομένην τῆς ὁδοῦ, δι᾽ ἧς ἐκεῖνος ἔμελλε παρέρχεσθαι, εἰσδύς, τὸν πρὸς τὴν αἰσχρὰν τρυφὴν σπεύδοντα μεγάλῃ κραυγῇ προσεφώνησε· πορεύθητι ἄθλιε, τῆς αἰσχρᾶς καὶ ἀσελγοῦς ἡδονῆς σου ἀπολαύσων· ἐγὼ ἐνταῦθα ἐπὶ τοσοῦτον τῷδε ψύχει κακώσω με, ὅσον τὴν δικαιοτάτην τιμωρίαν σοι ἄνωθεν ἐπικειμένην σου ἀποστραφῆναι. ἐκπλαγεὶς ἐκεῖνος, καὶ ἐξόχῳ τῆς ἀγάπης παραδείγματι ἐνθαμβήσας, ἐκ τοῦ βήματος πρὸς τὸν ἐναγῆ ἔρωτα ὁρμηθέντος ἐπαλινδρόμησε, καὶ τῆς ἀκαθάρτου ἀσελγείας, ᾗ ἐδούλευσεν, ἐξέδυ.

Σφόδρα δὲ καὶ ἐπιμελῶς ἀεὶ ἐφυλάξατο, ὅπως μὴ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδῷ, μᾶλλον δὲ ὅπως τοὺς ἑαυτὸν κακῶς ποιήσαντας εὐεργετήσῃ, καὶ τὰ κακὰ μὴ μόνον τοῖς ἀγαθοῖς ἐξισώσῃ, ἀλλὰ καὶ ὑπερβάλῃ. χρήματα ὑπό τινος εὐεργέτου εἰς τὴν τῆς αὐτοῦ παιδείας δαπάνην πεμφθέντα ὁ Ἰγνάτιος τῷ συνοίκῳ αὐτοῦ ἐπίστευσεν. ὁ δὲ μεγάλῃ ἀπιστίᾳ αὐτὰ κλέψας ἰδιοποιήσατο, καὶ λάθρα ἐκ τῶν Παρισίων ἀφώρμησεν. εἶτα ἐν Ῥαθομάγῳ, χαλεπῷ καὶ κινδυνώδει νοσήματι περιπεσών, καὶ τὴν τοῦ πατρὸς φιλανθρωπίαν εὖ εἰδὼς, τὴν αὐτοῦ ἀσθένειαν διὰ γραμμάτων αὐτῷ ἐγνώρισε, καὶ ἐπὶ τέλει, ὡς αὐτὸν εὖ ποιήσας, πολλὰ ἐδεήθη εἰς Ῥοτόμαγον σπεύδοντα αὐτῷ ἐπικουρῆσαι.

Hic illico pro eius salute Deum religiosè precatus in viam se dedit, atque ad opem misero ferendam Rhotomagum, quod Parisijs triginta milliarijs abest, adijt incredibili animi magnitudine ac robore præditus, magnaque animi voluptate perfusus. Et hoc quidem iter nudis pedibus triduo confecit, ita cibo ac potione vacuus, vt ne aquam quidem gustaret, quò hisce laboribus tanquam sacrificio Deum placaret, & fraudatori suo salutem impetraret. Alius Lutetiæ multis ab eodem beneficijs affectus, malo spiritu afflatus & amens Ignatium è medio tollere decreuerat, cuius rei perficiendæ caussa, cùm gradus adscendisset, hanc cœlo delapsam formidolosam vocem audiuit: Infelix quid agis? qua voce contremuit timore perterritus, & flens ad ipsius se pedes abiecit, eique sui consilij prauitatem exposuit; hic autem blanditijs hominem mœrentem deliniuit, iacentem erexit.

Hæc tamen tanta charitas & animi mansuetudo consequi non potuit, vt hic idem in ea, de qua diximus, tempestate, quæ ante confirmationē Societatis postea Romæ commota est, non ipsum Patrem calumnijs mendacijsque oneraret, & inuidiæ faces ei subijceret. Posteaquàm verò is iudicum sententia iustas temeritatis

sua

ἐκεῖνος δὲ παραχρῆμα ὑπὲρ τῆς αὐτοῦ ὑγιείας τὸν θεὸν εὐσεβῶς ἱκετεύσας τῆς ἰδοῦ ἥψατο, καὶ, τοῦ βοηθῆσαι τῷ ταλαιπώρῳ, εἰς Ῥωτόμαγον τῶν Παρισίων τριάκοντα μίλια ἀπέχουσαν ἀπίστως μεγαλόψυχος ὑπάρξας, καὶ περιχαρῶς διατεθεὶς ἀφίκετο. καὶ ταύτην τὴν ὁδὸν τρισὶν ἡμέραις γυμνόπους ὢν ἐπορεύθη, οὕτως ἄσιτος καὶ ἄποτος, ὥστε μηδὲ τοῦ ὕδατος γεύσασθαι, ἵνα τούτοις τοῖς καμάτοις ὥσπερ θυσίᾳ τὸν θεὸν ἐξιλασάμενος τῷ ἀποστερητῇ αὐτοῦ τὴν ὑγίειαν ἀνύσηται. Ἄλλος τις ἐν Λουκοτεκίᾳ πολλὰ ἀγαθὰ ὑπ' αὐτοῦ παθών, ὑπὸ τοῦ κακοδαίμονος παροξυνθεὶς καὶ ἄνους, τὸν Ἰγνάτιον ἀναιρεῖν προείλετο. ἀναβὰς δὲ τὴν κλίμακα, τοῦ τοῦτο διαπράξασθαι, ταύτης τῆς φοβερᾶς φωνῆς οὐρανόθεν ἤκουσεν· ὦ ταλαίπωρε τί πράττεις; ἣ τινι φωνῇ ὁ μὲν διέτρεσεν ἐκφοβηθεὶς, καὶ μετὰ δακρύων πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ πεσὼν, αὐτῷ τὴν κακοβουλίαν διηγήσατο, ὁ δὲ τὸν λυπούμενον καὶ ἀθυμοῦντα ἠπίως καταθέλξας ἀνέστησεν.

Ἀλλὰ μὴν τοσαύτη φιλανθρωπίᾳ καὶ πραότης διαπράττεσθαι οὐκ ἠδυνήθη, ὅπως ὁ αὐτὸς ἐν τῷ προειρημένῳ χειμῶνι τῷ περὶ τοῦ τὴν ἑταιρίαν κυρωθῆναι, ἐν Ῥώμῃ ὕστερον γεγονότι, κατὰ τοῦ Ἰγνατίου λοιδορίαις καὶ ψεύδεσι χρησάμενος εἰς μῖσος αὐτὸν οὐ καταστήσῃ. ἐκείνου δὲ, τῇ τῶν δικαστῶν ψήφῳ προστήκουσαν τιμωρίαν τῆς

suæ pœnas luit, & tempestas sedata est. Pater, vt bene facta malè factis rependeret, rogatus eorum precibus, qui eam procellam excitarant, hominem in Societatem adscripsit, quamuis iusto Dei iudicio postmodum ab ea defecerit. Si talibus beneficijs alienos affecit, & à quibus in perniciem vocabatur, quid mirum si suos ijsdem prosequebatur? Cùm Pater quidam ex ijs nouem, quos Parisijs eduxerat, ita vehementer oppugnaretur à dæmone, vt eius salus ageretur, eum continuis precibus & lacrymis periculo liberauit, quibus inedia talis accessit, vt tres ipsos dies neque cibũ, neque potionem gustaret. Alius quidam Pater, nescio qua in re, fræna disciplinæ laxarat, & cancellos rationis egressus, Patris animum ob damnum, quod in alium redundabat, graui mœrore molestiâq; contristauerat. Ille porrò de eo vindictã eiusmodi sumpsit: lacrymas effudit, Deumque suppliciter pro eius salute rogauit, atque inter sacrificandum ex intimo sensu clamauit: Ignosce illi Domine, nescit enim quid faciat. Alius non nemo è fratribus aliquando fastidire cœpit institutum vitæ suæ, illudque velle deserere. Cumque iam fixum & statutum haberet Deum fontem aquæ viuæ relinquere, cisternasque repetere, quæ aquas gratiæ continere non valẽt,

sentiret.

πανουργίας ἀποπίσαντος, καὶ τοῦ χειμῶνος παυσαμένου, ὁ πατὴρ, τοῦ τὰ ἀγαθὰ αὐτῇ κακῶν ἀποδοῦναι τῇ δεήσει τῶν ἐκείνην θύελλαν ἀνακινησάντων, τὸν ἄνθρωπον τῇ ἑταιρίᾳ προσέγραψεν, εἰ καὶ τῇ τοῦ θεοῦ δικαίᾳ κρίσει ὕστερον αὐτῆς ἀπέστη. ἐπειδὴ οὖν ὁ Ἰγνάτιος οὕτως εὐηργέτησεν τοὺς ἀλλοτρίους, καὶ τοὺς αὐτὸν ἀπολέσαι ἐπιχειρήσαντας, πῶς θαυμαστὸν εἰ παραπλησίως τοῖς αὐτοῦ προσεφέρετο; πατήρ τις ἐκ τῶν ἐννέα τῶν ἐκ τῆς Λευκοτεκίας ὑπὸ τοῦ Ἰγνατίου ἐξηγμένων οὕτω σφόδρα ὑπὸ τοῦ κακοδαίμονος ἐπολεμεῖτο, ὥστε περὶ τῆς σωτηρίας κινδυνεῦσαι· τοῦτον ὁ Ἰγνάτιος συνεχέσι προσευχαῖς καὶ δακρύοις ἐλύτρωσε, σὺν τοιαύτῃ νηστείᾳ, ὥστε τρεῖς ἡμέρας μηδὲ βρώσεως, μηδὲ πόσεως γεύσασθαι. Ἄλλος τις πατὴρ, οὐκ οἶδα, ἐν ᾧτινι πράγματι τὰ τῆς παιδείας ἡνίας αὐτῷ ἀνεὶς, καὶ τῶν κατὰ τὸν λόγον ἀμελήσας, τὴν τοῦ πατρὸς ψυχὴν διὰ τὴν βλάβην ἐπ' ἄλλον ἰοῦσαν, σφόδρα ἐλύπησεν. ὁ δὲ οὕτως αὐτὸν ἐξεδίκησε· μετὰ δακρύων τὸν θεὸν ὑπὲρ τοῦ σωθῆναι αὐτὸν ἱκέτευσε, καὶ μεταξὺ λειτουργῶν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ἐκέκραξε· σύγγνωθι αὐτῷ κύριε, οὐ γὰρ οἶδε τί ποιεῖ. ἄλλος τις ἐκ τῶν ἀδελφῶν πρὸς τὴν τοῦ βίου προαίρεσιν ἀηδίσασθαι δεξάμενος, αὐτῆς ἀφίστασθαι ἠβουλήθη. ὅτε δὲ ἤδη αὐτῷ δεδογμένον ἦν, ἐγκαταλιπεῖν τὸν θεὸν πηγὴν ὕδατος ζωῆς, καὶ πάλιν αἰτῆσαι λάκκους, οἳ οὐ δύνανται ὕδωρ τῆς χάριτος

ſentiretque Pater id ab inani metu profe-
ctum, quòd admiſſa quædam delicta con-
fiteri pudor vetaret, eum adiuit, & deſtina-
to cónſilio deformitatem ipſe ſuperioris
vitæ ſuæ ei commemorare cœpit, quam
cæcus fuiſſet in vanitate cordis ſui, quan-
ta fluxarum rerum cupiditate irretitus, vt
ægro ſuperfluam hanc excuteret verecun-
diam, doceretque diuinæ miſericordiæ ac
bonitati confidere.

Quid dicam eius affabilitatem & co-
mitatem in omnes, in primis in eos qui in
eius erant poteſtate? quid de eorum ſalu-
te perpetuam ſollicitudinem & curam?
quid quanta lenitate indulgeret ignauis,
lapſos erigeret, mœrentes releuaret, timi-
dos excitaret, miſereretur naturæ vitio la-
borantium aut morbis? Etenim miraban-
tur omnes quanta ſollicitudine curaret
diligentem ægrotorum rationem haben-
dam: mihique dixit aliquando, ſe ſingula-
ri diuinæ prouidentiæ decreto infirmioris
valetudinis eſſe, vt ſuis ipſe doloribus, ali-
orum incommodis diſceret ope & com-
miſeratione ſuccurrere. Vicentiæ cum fe-
bri æſtuaret, renunciatum eſt illi P. Simo-
nem Rodriguez oppreſſum morbo decũ-
bere, & Baſſanæ (quod oppidum Vicen-
tia diei itinere diſiunctum eſt) de vita peri-
clitari: in viam ergo repentè ſe dedit cum
P. Fabro

συνέχειν, ὁ πατὴρ αἰσθόμενος, τοῦτο ἐκ κενοῦ φόβου γενέσθαι, ὅτι αἰσχύνη ἁμαρτήματά τινα γενόμενα ἐξομολογῆσαι ἐκώλυε, προσῆλθεν αὐτῷ, καὶ ἐξ ἐπιτηδὲς, τὴν τοῦ ἰδίου παρεληλυθότος βίου αἰσχρότητα αὐτῷ διηγήσασθαι ἤρξατο, ὡς δῆπου τυφλὸς ἐγένετο ἐν τῇ ματαιότητι τῆς καρδίας αὐτοῦ, ἐν ὅσῃ ἐπιθυμίᾳ τῶν προσκαίρων πραγμάτων ἐνεπλέχθη, ἵνα τὸν ἀθυμοῦντα τῆς περιττῆς μερίμνης ἀπαλλάξας διδάξῃ, τῷ τοῦ θεοῦ ἐλέει καὶ χρηστότητι πεποιθέναι.

Τί ἂν εἴποιμι περὶ τῆς εὐπροσηγορίας καὶ φιλοφροσύνης πρὸς ἅπαντας, μάλιστα δὲ πρὸς τοὺς ὑπ' αὐτῷ γινομένους; τί περὶ τοῦ συνεχῶς ἐπιμελεῖσθαι καὶ φροντίζειν τῆς σωτηρίας αὐτῶν; τί ὅσῃ πρᾳότητι τοῖς ὀκνηροῖς συνέγνω, τοὺς πεσόντας ἀνέστησε, τοὺς λυπουμένους ἀνεκούφισε, τοὺς μικροψύχους ἐθάρσυνε, τοὺς τῇ τῆς φύσεως κακίᾳ, ἢ ταῖς νόσοις κακοπαθοῦντας ἐλέησε; πάντες γὰρ ἐθαύμασαν, ὅτι περὶ τῆς τῶν νοσούντων ἀκριβοῦς θεραπείας τοσαύτην ἐπιμέλειαν ἐποιήσατο. καὶ μοί ποτε ἔλεγεν, ὡς ἰδίᾳ τοῦ θεοῦ προνοίᾳ τὴν ὑγείαν ἀσθενέστερός ἐστιν, ἵνα διὰ τῶν ἑαυτοῦ ἀλγέων ταῖς τῶν ἄλλων κακοπαθείαις βοηθεῖν καὶ συνάχθεσθαι μάθῃ. αὐτῷ ἐν τῇ Οὐϊκέντῃ πορεύοντι ἀπηγγέλθη, ὡς ὁ πατὴρ Σίμων Ροδέρικος χαλεπῶς νοσῶν ἐν τῇ Βασσάνῃ (ἣ κωμόπολις ἡμέρας ὁδὸν τῆς Οὐϊκέντης ἀπέχει) εἰς τὸν τοῦ βίου κίνδυνον κατέστη· εὐθέως οὖν σὺν τῷ

P. Fabro ad eum visendum & consolandū; ambulabatque, æger licet, tanta hilaritate & pedum mobilitate, vt P. Faber eum cōsequi vix posset. Aliàs P. Laynem iter cum eo facientem repentinus & acerbissimus dolor oppressit, quem vt inde leuaret Ignatius, denario, quem vnicum precario acceperat, equum conduxit, in eumque Laynem vili detritoque pallio suo inuolutum imposuit, antecedebat autem ipse tanta animi alacritate & celeritate pedū, vt equus, sicut mihi Laynes narrauit, in eo consequendo laboraret.

Sed nulla re magis paternum amorem prodebat in filios, quam in eorum existimatione curanda, in spiritu virtutibusque progressu, delendisque sempiterna obliuione delictis, quæ vel humana imbecillitate, vel imprudentia committebant, si illa saltem agnoscerent, eorumque pœniteret, & aliquod specimen emendationis darent. Hac amabili & paterna lenitate alijsque generis eiusdem rapiebat animos suorum, & quamcunque volebat in partem impellebat, eosque ad arbitrium suum, & purum Dei amorem, in quo vera consistit perfectio, effingebat.

Verùm hic amor in filios, non debilis erat aut remissus, sed suauis æquè ac fortis. Neque magis benignus erat in mode-

termissis igitur ijs, quorum in eius vita mentionem fecimus, quæ multa magnaq; sunt, prædictionibus item alijsque præclaris Dei muneribus ac donis, miracula hîc pauca de multis afferamus, quæ Deus huius B. Patris supplicatione perfecit.

Primùm maxima pollebat potestate & auctoritate in dæmones, in quem etiam ingens odium conceperant, vt hostem infestissimum eum insectantes, quod & palam profitebantur. Nam Minoressæ cùm esset, iam tum diabolus quasi fulgore collucens & venustus ei apparere consueuerat, quoad cælesti lumine perfusus malũ dęmonem esse cognouit, cuius vnum studium erat, vt ipsum quoquo modo in fraudem induceret. Nec Minoressæ solum, sed etiam inter peregrinandum, & Parisijs & Romæ, sed adeo tetra ac deformi specie, vt per contemptum facilè tanquam ignauum ac languidum canem scipione pelleret. Conatus est autem ille nequam & improbus tum præsertim ei terrorem inijcere Compluti, cùm esset in hospitali domo Ludouici Antesanæ, sed frustra.

Romæ præterea secundum quietem eũ præfocare tentauit, & fauces eius ita oppressit; vt sanctissimum IESV nomen inclamare cogeretur, idque tanta contentione, vt multos post dies vox eius rauca per-

μβρ@ ἐν τούτων, περὶ ἂν ἐν τῷ αὐτοῦ βίῳ ἐμνήσθημεν, ἅ τινα πολλὰ καὶ μεγάλα ἐστὶ, καὶ τῶν προφητειῶν καὶ ἄλλων ἐπισήμων χαρίτων καὶ δώρων τοῦ θεοῦ, ὀλίγα θαύματα ἐκ πολλῶν ἐροῦμεν, ἅπερ ὁ θεὸς τῇ τοῦ μακαρίου πατρὸς ἱκετείᾳ ἐξειργάσατο.

Πρῶτον μὲν μεγίστην δύναμιν καὶ ἐξουσίαν κατὰ τῶν δαιμονίων ἔλαβεν, οἷς πρὸς τὸν Ιγνάτιον τοσαύτη ἀπέχθεια γέγονεν, ὡς αὐτὸν ὥσπερ ἐχθρὸν δυσμενέστατον ἐδίωξαν, ὅπερ καὶ δημοσίᾳ ὁμολογήσαντο. ἐν τῇ γὰρ Μινορέσῃ διάγοντι ὁ διάβολ@ ὡς σίλβων καὶ εὐειδὴς αὐτῷ ἐφθῆναι εἴωθε, μέχρις οὗ οὐρανόθεν διαφωτισθεὶς τὸν κακοδαίμονα εἶναι ἐπέγνω, τὸν τούτου μόνον φροντίζοντα, ὅπως αὐτὸν τέχναις τισὶν ὅπη ἂν ἐξαπατήσῃ. καὶ οὐ μόνον ἐν Μινορέσῃ, ἀλλὰ καὶ μεταξὺ ἀποδημίας, ἐν Παρισίοις καὶ ἐν Ρώμῃ· οὕτω δὲ τὴν ὄψιν αἰσχρὸς καὶ ἄμορφος ἦν, ὥστε αὐτὸν διὰ καταφρονήσεως, ὥσπερ φαῦλον καὶ ἀσθενῆ κύνα σκίπωνι ῥᾳδίως ἔπαυσεν. ὁ δὲ πονηρὸς καὶ πανοῦργος ἐκεῖνος τότε μάλιστα φόβον αὐτῷ ἐμποιεῖν ἐπειρᾶσατο, ὅτε ἐν τῷ τοῦ Λουδοβίκου Αντεσάνου ξενοδοχείῳ τῷ ἐν Κομπλούτῳ διέτριψεν· ἀλλὰ μάτην.

Πρὸς τούτοις ἐν τῇ Ρώμῃ αὐτὸν καθεύδοντα ἀποπνίξαι ἐπιχειρήσας τὴν φάρυγγα αὐτοῦ οὕτω κατεπίεσεν, ὥστε τὸ τοῦ Ιησοῦ ἁγιώτατον ὄνομα ἐπικαλέσασθαι ἠναγκάσθη, καὶ ὑπὸ βίας γινομένης ἡ αὐτοῦ φωνὴ πολλαῖς ἡμέραις ταῖς ἐφεξῆς βραγχῶσα διετέλε-

permanſerit. Aliàs cùm iaceret in lectulo, cædebatur à ſpiritibus malis, frater vero quidam nomine Ioannes, natione Catalaunus, qui rem ſemel & iterum mihi narrauit, ſonitum quidem verberum audiuit, atque è lecto velut opem laturus ſurrexit, verùm ei nihil admodum nocere, Deo repugnante, potuerunt. Et illi quidem, quòd eriperet animas ex eorum vnguibus Ignatius, ringebantur, adeo vt palam ſæpe clamarent, hoſtem ſe non habere maiorem. Anno CIↃ. IↃ. XLI. me audiente dixit diabolus, qui adoleſcentem quendam nomine Matthæum affligebat, ne ſibi nominaretur Ignatius, quòd eſſet omnium inimicorum maximus. Idem Patauij dixit malo ſpiritu miles afflatus, & Drepani in Sicilia quædam mulier. Deniq; quanto Ignatium odio dæmones proſequebantur, tantas, tamque atroces in eum tempeſtates concitabant, vt inimicitias euidentiſſimè proderent quas cum illo gerebant, quas tamen omnes, Deo opitulante, vincebat.

Cùm Aſperitiæ moraretur in hoſpitali domo, mulier quartum iam annum ſpiritu nequam agitata, ad eum propter famam ſanctitatis eius adducta eſt, vt ſacris exorciſmis eam adigeret, proque eius ſalute Deum obſecraret. Ille ſe ſacerdotij non eſſe decoratum inſignibus magna animi

demiſ-

διετέλεσεν. ἐνίοτε ἐν κλίνῃ κείμενος ἐτύπτετο ὑπὸ τῶν κακῶν πνευμάτων, ἀδελφός δέ τις ὀνόματι Ἰωάννης τὸ γένος Καταλάυνιος, ὁ ταῦτα γινόμενα ἐμοὶ πλεονάκις ἐξηγησάμενος, τοῦ δοῦπου μὲν τῶν μαστίγων ἤκουσε, καὶ ἐκ τῆς κοίτης ἀνέστη, τοῦ αὐτῷ βοηθῆσαι, τοῦ δὲ θεοῦ αὐτοῖς ἀντιπαταττομένου, ὀλίγον αὐτὸν βλάπτειν ἠδυνήθησαν. ἐκείνων σφόδρα ὀργιζομένων ὑπὲρ τοῦ τὸν Ἰγνάτιον ἐκ τῶν ὀνύχων αὐτῶν τὰς ψυχὰς ἐξαιρεῖσθαι, ὥστε πολλάκις φανερῶς ἐβόων, ὅτι ἐχθρὸν μείζω αὐτοῦ οὐκ εἶχον. τῷ ἔτει αφ΄ μα΄, ἐμοῦ ἀκούοντος, ὁ διάβολος νέον τινὰ ὀνόματι Ματθαῖον ἐνοχλῶν εἶπεν, ἵνα μὴ αὐτῷ ὁ Ἰγνάτιος ὀνομασθῇ, διότι πάντων ἔχθιστος ἦν. ταὐτὸ ἐν Παταυΐῳ ἔλεγέ τις στρατιώτης δαιμονιζόμενος, καὶ γυνή τις ἐν Δρεπάνῳ τῆς Σικελίας. τελευταῖον, ὅσον οἱ κακοδαίμονες τὸν Ἰγνάτιον ἐμίσουν, τοσούτους δεινοὺς χειμῶνας κατ' αὐτοῦ ἐξήγειρον, ὥστε σαφέστατα ἐνδείκνυσθαι τὴν ἀπέχθειαν τὴν πρὸς αὐτόν, ἧς πάσης ὅμως, τοῦ θεοῦ βοηθοῦντος, περιεγένετο.

Διάγοντος αὐτοῦ ἐν ξενοδοχείῳ τῆς πόλεως Ἀσπεριτίας, γυνή τις ἤδη τέσσαρα ἔτη δαιμονισθεῖσα, διὰ τὴν πολυθρύλλητον ἁγιότητα αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν ἤχθη, τοῦ αὐτὴν ἱερῶς ἐξορκίζειν καὶ ὑπὲρ τῆς σωτηρίας αὐτῆς τὸν θεὸν ἀντιβολῆσαι. ὁ δὲ σὺν μεγάλῃ ταπεινοφροσύνῃ ἀπεκρίθη, ὡς τῆς ἐνδόξου ἱερατείας οὐκ ἐφίκετο, οὐδὲ τοσαύτῃ ἀξίᾳ

demiſſione reſpondit, nec exiſtere tanta in Deum ſua merita, ſuppliciter tamen pro ea rogaturum. Vt fidem ſuam liberauit, mulier ab infeſta dæmonis iactatione dimiſſa, omnique moleſtia liberata eſt. Romæ Matthæum illum adoleſcentem, in quem hoſtis communis humani generis atrociſſimam ſæuitiam exercebat, eius tyrannide ſolis ſermonibus & collocutionibus eripuit in cubiculum cum eodem incluſus: quem ego iuuenem tam calamitatis quam incolumitatis eius tempore probè noui. Et hic ad ſacram religioſorum familiam tandem aggregatus in ſolitaria domo Camaldoli, frater Baſilius cognominatus eſt.

Anno CIƆ. IƆ. LIIII. poſita ſunt fundamenta Lauretani collegij Societatis, cui regendo primus P. Oliuerius Manaræus præpoſitus fuit, qui adhuc apud Belgas in viuis eſt, vir admodum religioſus & pius, & in Societate ſua virtute celebris. Teſtatur ille, ſimul ac noſtri nouam domum incolere cœperunt, dæmones infeſtos fuiſſe, ſolitosque illos dies & noctes cuncta miſcere. Iam enim ſtrepitum excitabant, iam ſeſe obijciebant oculis vel Mauri, vel obſcœni canis vel felis, vel alius animalis ſpecie, neque noſtros de nocte ſomnum capere patiebantur: eumque ſacris operati

fuiſſent,

αὐτοῦ παρὰ τῷ θεῷ ὑπάρχει· ὅμως ὑπὲρ αὐτῆς μέλλει προσεύξεσθαι. ἅμα τε τὴν ὑπόσχεσιν ἐπετέλεσε, καὶ ἡ γυνὴ τοῦ δεινοῦ δαιμονισμοῦ, καὶ πάσης ἐνοχλήσεως ἀπελύθη. ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐκεῖνον τὸν νέον Ματθαῖον, ὃν ὁ κοινὸς ἐχθρὸς τοῦ ἀνθρωπίνου γένους δεινότατα ἐκάκου, τῆς τυραννίδος αὐτοῦ, μόνον τοῖς λόγοις καὶ ταῖς ἐντεύξεσιν, ἐλευθέρωσε, τῷ κοιτῶνι σὺν αὐτῷ ἐγκλεισθείς· ὃν νέον ὡς ταλαιπωροῦντα, οὕτως ὑγιαίνοντα καλῶς ἐπέγνων. κἀκεῖνος τῇ ἁγίᾳ τῶν ἀσκητῶν τάξει ἐν τῇ τοῦ Καμαλδόλου ἐρημίᾳ συναριθμηθεὶς, ἀδελφὸς Βασίλειος ἐπωνομάσθη.

Ἔτει αφ' νδ', τὰ θεμέλια τοῦ τῆς ἑταιρείας συλλόγου τοῦ ἐν Λαυρήτῳ κατεβλήθη, ᾧ πρῶτον ἐπεστάθη πατὴρ Ὀλιβέριος Μαναραῖος, ὁ παρὰ τοῖς Βέλγαις ἔτι καὶ νῦν ζῶν, ἀνὴρ πάνυ εὐλαβὴς καὶ θεοσεβὴς, καὶ ἐν τῇ ἑταιρείᾳ, τῇ αὐτοῦ ἀρετῇ ὀνομαστὸς ὤν. μαρτυρεῖ αὐτὸς τοὺς κακοδαίμονας, ἅμα οἱ ἡμέτεροι τὴν νέαν οἰκίαν οἰκῆσαι ἤρξαντο, ὀχληροὺς γινομένους νυκτὸς καὶ ἡμέρας πάντα συνταράττειν εἰωθέναι· νυνὶ μὲν γὰρ ἐψόφουν, νυνὶ δὲ ὑπ' εἴδει Μαυρουσίου, ἢ αἰσχροῦ κυνὸς, ἢ αἰλούρου, ἢ ἄλλου ζώου τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑπεβάλλοντο, καὶ οὐκ εἴων τοὺς ἡμετέρους τῆς νυκτὸς καθεύδειν· λειτουργησάντων δὲ

αὐτῶν,

fuissent, orationes, aquam lustralem, exorcismos, Diuorum reliquias, & alia id genus, frustra adhibuissent, idem P. Oliuerius de his B. P. Ignatium litteris certiorem fecit, atque eius fidem implorauit. Rescripsit ille, vt Dei bonitati confiderent, esse propediem ab ijs molestijs liberandos: ad se verò quod attineret, diuinum numen impensè oratione placaturum. Vt litteras accepit P. Oliuerius, mox domesticis omnibus conuocatis in communi cœtu eas recitauit, & ecce, dictu mirabile, iam tum omnia spectra, omnia dæmonum terriculamenta sic euanuerunt, vt in posterum nusquam apparerent eorum impressa vestigia. Atq; hæc quidem Patre nostro viuo adhuc & spirante contigerunt. Eo verò mortuo, cùm Drepani in Sicilia mulier agitata spiritu nequam sacris adiurationibus adigeretur, Ioannes à Vega Siciliæ Prorex accepto de eius morte nuncio, quamuis nondum emanasset in vulgus, ex ipsa quæri iussit, vbinam esset Pater Ignatius auctor Societatis IESV; respondit dæmon, inimicum suum corporis solutum ergastulo, ad auctores ac parentes aliorum Ordinum Dominicum & Franciscum in cælis aggregatum.

Anno CIↃ.IↃ.LXI. noui Senis in Italia puellam admodum probam & simplicem,

Iacobam

αὐτῶν, καὶ ταῖς προσευχαῖς, τῷ ὕδατι καθαρτηρίῳ, τοῖς ἐξορκισμοῖς, καὶ τοῖς τῶν ἁγίων λειψάνοις, καὶ ἄλλοις τοιούτοις μάτην χρησαμένων, ὁ αὐτὸς πατὴρ Ὀλιβέριος ταῦτα τῷ μακαρίῳ πατρὶ Ἰγνατίῳ γνωρίσας ἐδεήθη βοηθῆσαι. ἀντέγραψεν αὐτὸς ὅπως τῇ τοῦ θεοῦ χρηστότητι πεποίθωσι, καὶ ὡς ἐν βραχεῖ τούτων τῶν ἐνοχλήσεων ἀπαλλαχθήσονται· ὅσον δὲ ἦν ἐφ' ἑαυτῷ, ὑπέσχετο τὸν θεὸν σπουδαίως τῇ προσευχῇ ἱλάσασθαι. ἅμα τε ὁ πατὴρ Ὀλιβέριος τὰ γράμματα ἔλαβε, καὶ πάντας οἰκείους συγκαλέσας ἐν κοινῇ συνουσίᾳ ἐκεῖνα ἀνέγνω, καὶ ἰδού, θαῦμα εἰπεῖν, πάντα φάσματα, πάντα τῶν δαιμονίων φόβητρα οὕτως ᾤχηται, ὥστε εἰς τὸ λοιπὸν μηδαμοῦ τὰ ἴχνη αὐτῶν ἐγνωρίζετο. καὶ ταῦτα μὲν τοῦ πατρὸς ἡμῶν ἔτι ζῶντος καὶ πνέοντος συνέβη. μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ, γυναικός τινος ἐν Δρεπάνῳ τῆς Σικελίας ἐνεργουμένης, καὶ ἁγίως ἐξορκιζομένης, ὁ Ἰωάννης Βεγαῖος τῆς Σικελίας ἀντιβασιλεὺς τὸν θάνατον αὐτοῦ πυθόμενος, καίπερ τῆς φήμης οὔπω διαδοθείσης, αὐτὴν ἐρωτηθῆναι ἐκέλευσεν, ὅπου ἂν πατὴρ Ἰγνάτιος ὁ τῆς ἑταιρείας τοῦ Ἰησοῦ ἀρχηγὸς ἦν; ὁ δὲ κακοδαίμων ἀπεκρίθη· ὡς ὁ ἐχθρὸς αὐτοῦ, τῆς τοῦ θνητοῦ σώματος φυλακῆς ἀπολυθεὶς τοῖς ἀρχηγοῖς καὶ γονεῦσι τῶν ἄλλων τάξεων τῷ Δομινικῷ καὶ Φραγκίσκῳ ἐν τοῖς οὐρανοῖς συγκατελέχθη.

Ἔτει αφ' ξ α', ἐν τῇ Σήνῃ τῆς Ἰταλίας ἐπέγνων νεανίδα τινὰ πάνυ ἀγαθὴν καὶ ἁπλῆν ὀνόματι Ἰακώ-

Iacobam Prati nomine, pedissequam nobilis matronæ cuiusdam, quæ erat Archiepiscopi eiusdem ciuitatis amita. In hanc admodum dæmones erant infesti, ei se videndos varijs figuris exhibebant, eam mira crudelitate cædebant. Duodecim annis in ea calamitate versata est: vt verò B. Patris imaginem gestare cœpit, spiritus impuri quamuis oculis conspicerentur, & hunc esse magnis clamoribus inimicum suum testarentur, imaginem abijcere iuberent, eò tamen audaciæ nunquam venerunt, vt ad eam vel accederent, aut attingerent. Verùm cùm obijceretur imago eorum adspectibus, demittebant oculos, aiebantque rem adeò sceleratam & impiam sese videre non posse. Ac licet eos irritaret puella, licet ad se percutiendam voce lacesseret, quandiu tamen imaginem secum habuit, verberibus eam appetere nunquam sunt ausi. Cùm autem curiosiùs experiri vellet, an hic dæmonum timor ab imagine B. Patris, an aliunde proficisceretur, eam seposuit, & ecce continuò dæmones in eam impetu facto tanta atrocitate verberarũt, vt velut mortuam reliquerint.

Hoc incommodo suo periclitata, statuit in posterum hanc imaginem nunquam deponere, qua velut clypeo tuta esset, adeoque formidolosa dæmonibus: qui cùm illam

Ἰακώβην Πρατταίαν, ἀνέγκλητον οὖσαν εὐγενοῦς γένους οἰκοδεσποίνης, τῆς πατραδέλφης τοῦ Ἀρχιεπισκόπου τῆς αὐτῆς πόλεως. ταύτην οἱ κακοδαίμονες σφόδρα ἐκάκουν, αὐτῇ ἐν διαφόροις σχήμασι φαινόμενοι, καὶ πάνυ ὠμῶς αὐτὴν συγκόπτοντες. καὶ ἔτεσι μὲν δώδεκα οὕτω κακοπαθοῦσα διετέλεσεν· ὅτε δὲ τὴν τοῦ μακαρίου πατρὸς εἰκόνα βαστάζειν ἤρξατο, τὰ ἀκάθαρτα πνεύματα, εἰ καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ὁραθέντα, καὶ τοῦτον τὸν αὐτῶν ἐχθρὸν εἶναι μεγάλαις κραυγαῖς μαρτυροῦντα, ἐκέλευσαν τὴν εἰκόνα ἀποβαλεῖν, ὅμως εἰς τοῦτο τόλμης οὔποτε ἐληλύθασιν, ὥστε αὐτῇ προσελθεῖν, ἢ ἅψασθαι. τῆς δ' εἰκόνος τοῖς αὐτῶν ὀφθαλμοῖς ὑποβληθείσης, ἐκατήφησαν, λέγοντες, ὡς χρῆμα οὕτω μιαρὸν καὶ ἀνόσιον εἰσορᾶν οὐκ ἠδύναντο. καίτοι δὲ ἡ παιδίσκη αὐτοὺς παροργιζομένη εἰς τὸ αὐτὴν τύπτειν τῇ φωνῇ προὐκάλει, ὅμως μέχρις οὗ τὴν εἰκόνα ἐκόμισε, πληγὰς αὐτῇ ἐντεῖναι οὔποτε ἐτόλμησαν. περιέργως δὲ πεῖραν λαμβάνειν ἐθέλουσα, πότερον οὗτος ὁ τῶν διαβόλων φόβος ἐκ τοῦ τοῦ μακαρίου πατρὸς εἰκόνος, ἢ ἄλλοθεν ἐγένετο, αὐτὴν ἀπέθη, καὶ ἰδοὺ παραυτίκα οἱ κακοδαίμονες αὐτῇ ἐφορμήσαντες οὕτως ἀπηνῶς ἔπαισαν, ὥστε ὡς θανοῦσαν καταλιπεῖν. Ταύτῃ οὖν τῇ αὐτῆς βλάβῃ διδαχθεῖσα τὴν εἰκόνα μηδέποτε ὕστερον ἀποθεῖναι προείλετο, ἥ τινι ἄν, ὡς ἀσπίδι, ἀσφαλῶς εἶχε, τοῖς κακοδαίμοσι φοβερᾷ τυγχανούσῃ· εἴ τινες

αὐτὴν

illam ferire non possent, feriebant parietes cubiculi ad cistas & qualos. Nec illud absimile, quod Anconæ anno CIↃ. IↃ. XCIX. cuidam ludimagistro contigit. Hic auditis domi suæ lemuribus, qui principio cubiculum eo absente verrebant, lectum componebant, lumen afferebant, postea verò omnia turbabant, imagine B. Patris in cubiculo collocata, nullum deinceps in eo sensit incommodum, quamuis extrà magnos excitarent strepitus, ianuas, fenestrasque aperirent & clauderent, & quadam inter se collisione tympanorum sonitum imitarentur. Verùm ijsdem in locis etiam posita B. Patris imagine, cunctus fragor conquieuit, omnisque terror abscessit.

Dum anno CIↃ. IↃ. XCVII. octauo Id. Iul. Romæ in æde sacra dæmon adiuratur, P. Ioannes Baptista Peruscus lipsanothecam multis Diuorum atque inter cæteras etiam B. Patris reliquijs instructam sinu gestans, in eam Deo supplicaturus ingreditur. Hîc in ipso introitu diabolus, eo quod secum Pater gerebat, vri se magno clamore conqueritur. Sacris igitur exorcismis adactus, vt dicat quid sit illud, confitetur esse reliquias B. Patris Ignatij magni serui Dei, auctoris Societatis IESV, cum in cælo beatam vitam agere, iam qui-

dem

αὐτὴν πατάξαι οὐ δυνάμενοι, τοὺς τοῦ κοιτῶνος τοίχους, κίστας τε καὶ καλάθους ἐπάταξον. οὐ δ' ἀπέοικεν τὸ ἐν Ἀγκῶνι τῷ ἔτει α φ' ϛ θ', γραμματοδιδασκάλῳ τινὶ συμβάν. οὗτος ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ τῶν μορμόνων τὸ πρῶτον μὲν, αὐτοῦ ἀπόντος, τὸν κοιτῶνα σαρούντων, τὴν κλίνην στορούντων, τὸ φῶς προσκομιζόντων, ὕστερον δὲ πάντα συγχεόντων ἀκούσας, τὴν τοῦ μακαρίου πατρὸς εἰκόνα ἐν τῷ κοιτῶνι καταθεὶς, εἰς τὸ λοιπὸν ἀβλαβῶς εἶχεν, εἰ καὶ ἔξω σφόδρα ἐψόφουν, τὰς θύρας καὶ θυρίδας ἀνέῳγον καὶ ἔκλειον, καὶ συγκρουσμῷ τινι ἀλλήλων τὸν τῶν τυμπάνων ἦχον ἐπεμιμοῦντο. ἀλλὰ μὴν καὶ τῆς εἰκόνος τοῦ μακαρίου πατρὸς αὐτόθι κατατεθείσης, ὅλος κτύπος ἀνεπαύσατο, καὶ πᾶς φόβος ἀπελύθη.

Τῷ ἔτει α φ' ϛ ζ', τῇ η' Ἰουλίου ἐν ναῷ τῆς Ῥώμης, τοῦ κακοδαίμονος ἐξορκιζομένου, ὁ πατὴρ Ἰωάννης Βαπτιστὴς Πέρουσκες θήκην πολλοῖς τῶν ἁγίων λειψάνοις, ἐν οἷς τινα ἦν τοῦ μακαρίου πατρὸς, κατεσκευασμένην ἐγκολπίσας ἐκεῖσε εἰσῆλθε, τοῦ τὸν θεὸν ἱκετεῦσαι. ἐν τῇ δὲ αὐτοῦ εἰσόδῳ ὁ διάβολος μεγάλῃ βοῇ ἐμεμψιμοίρησεν, ὡς χρήματι τῷ ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐγκολπισμένῳ καίεται. ἐξορκισθεὶς οὖν, ἵνα εἴπῃ, τί τοῦτό ἐστιν, ὡμολόγησεν εἶναι τὰ λείψανα τοῦ μακαρίου πατρὸς Ἰγνατίου, μεγάλου δούλου τοῦ θεοῦ, τοῦ ἀρχηγοῦ τῆς ἑταιρείας τοῦ Ἰησοῦ, καὶ αὐτὸν ἐν οὐρανῷ μακάριον βίον διάγειν,

dem incognitum, ſed in terris breui conſecrandum. Tum P. Peruſcus lipſanothecam accepit, qua collo miſeræ mulieris iniecta, dæmon vlulat, & reliquijs huius Patris vri ſe vociferatur, denique à muliere abſcedit Deo volente, vt tantum beneficium precibus B. Patris ferret acceptum.

In vrbe inſulæ Balearicæ maioris, fœmina Catharina Roca nomine, duodecim pæne annis quotidie fuit à dæmone vexata. Iam manus eius & caput ad parietem allidebat, iam tollebat altius, atque ei tantam grauitatem ac pondus addebat, vt duo viri bene valentes & robuſti iunctis viribus non poſſent vel vnum digitum à terra ſuſtollere. Nonnunquam more furioſi canis latrabat, aliàs gruniebat vt ſus, à iudicio frequenter & ſenſibus alienata in ore ſpumas agebat. Res erat commiſeratione digniſſima, tot quæſitis vndique remedijs non potuiſſe ſanari. Tandem anno CIↃ. IↃ. XCIIX. præcipitante Auguſto menſe, ſacerdos quidam Ioannes Pe nomine, autographum B. P. Ignatij nomen capiti miſerrimæ mulieris impoſuit tum cùm ſenſibus eſſet deſtituta: illa verò furioſos & inuſitatos toto corpore atque ore præſertim geſtus egit, tum demum diabolus emigrauit, liberamque ac ſanam reliquit. Illa porrò ſeſe honeſtè ſubduxit,

Deo-

νιῶι μὲν ἄγνωστον ὑπάρχειν, ἐν βραχεῖ δὲ ἐπὶ τῆς γῆς τοῖς ἁγίοις προσταχθήσεται. τότε ὁ πατὴρ Πέρκασος τὴν λειψανοθήκην λαβὼν τῷ τῆς ἀθλίας γυναικὸς τραχήλῳ εἰσέβαλε, τοῦ διαβόλου ὀλολύζοντος, καὶ, ὡς τοῖς τοῦδε τοῦ πατρὸς λειψάνοις καίεται, βοῶντος· ὃς τελευτῶν, ἀπὸ τῆς γυναικὸς ἀπῆλθε, τοῦ θεοῦ ἐθέλοντος, τοσοῦτο εὐεργέτημα ταῖς τοῦ μακαρίου πατρὸς προσευχαῖς ἀνατίθεσθαι.

Ἐν πόλει τῆς νήσου Βαλιαρίδος μείζονος, γυνή τις ὀνόματι Καθαρίνη Γῶνα σχεδὸν ἔτεσι δώδεκα καθεξῆς σὺν κακῶς ἐδαιμονίζετο. τότε μὲν γὰρ ὁ διάβολος τὰς χεῖρας καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς πρὸς τὸν τοῖχον ἐδάφιζε, τότε δ' εἰς ὕψος ἦγε, καὶ τοσοῦτο βάρος αὐτῇ ἐνεποίει, ὥστε δύο ἄνδρες πάνυ ἰσχυροὶ καὶ εὐσθενεῖς σὺν πάσῃ αὐτῶν δυνάμει, μόνον γε δάκτυλον ἀπὸ τῆς γῆς ἐπαίρειν οὐκ ἠδύναντο. ἔστιν ὅτε κυνὸς λυσσώδους δίκην ὑλάκτει, ἄλλοτε ὡς σῦς ἐγρύλλιζε, καὶ πολλάκις ἀνοήτως καὶ ἀναισθήτως ἔχουσα τῷ στόματι ἔφελζε. καὶ μὲν τοι ἐλεεινοτάτην οὖσαν, τοσούτοις φαρμάκοις πανταχόθεν ζητηθεῖσιν αὐτὴν θεραπεύεσθαι οὐ δυνηθῆναι. ὕστερον ἔτει αφ' ςη', περὶ τὸ τέλος τοῦ μηνὸς Αὐγούστου ἱερεύς τις ὀνόματι Ἰωάννης Πῆος, τὸ τοῦ μακαρίου πατρὸς Ἰγνατίου αὐτόγραφον τῇ κεφαλῇ τῆς ἀθλιωτάτης γυναικὸς τότε ἀναισθητούσης, ἐπέθηκεν· ἥτις δὲ ὅλῳ τῷ σώματι, μάλιστα δὲ τῷ στόματι μανιώδη καὶ ἀήθη σχήματα ἐπέδειξεν· τότε δὴ ὁ μὲν διάβολος μεταστὰς αὐτὴν ἐλευθέραν καὶ ὑγιῆ κατέλιπεν,

Google

Deoque precibus Ignatij recuperatæ valetudinis gratias egit.

Montischala locus est in agro Senensi, ibi quandam virginem nomine Mnam, filiam Gratiani Galæ, maligni spiritus grauiter affligebant, ei frequenter corporea & adspectabili forma apparentes, illicientesque in stuprum. Sed cùm animaduerterent consensum se extorquere non posse, adeò crudeliter eam tutuderunt, vt corpus tumore ac liuore decoloratum relinquerent. Verùm hoc eam malo Deus imaginis B. P. Ignatij applicatione liberauit.

CAPVT XIX.

Memorabilis item quarundam sororum Mutinensium, ab infestatione dæmonum per Ignatij merita liberatio.

SEd istud animaduersione est dignius, planioremque facit, quam à Deo accepit in dæmones potestatē, quod eodē hoc anno CIƆ.IƆ C. Mutinæ ciuitate Longobardiæ contigit, quod hîc exponam eo modo, quo ibi perscriptum est, atque ad nos inde transmissum, pressius tamen & breuius: Quatuor sunt Mutinæ sorores, iuuenes, honestæ & nobiles, quarum vna matrimonio iuncta, tres reliquæ nubiles, hæ cum alia item nubili puella, quam cognatio-

ἡ δὲ ἑαυτὴν εὐσχημόνως ὑπεξαγαγοῦσα τῷ θεῷ αἰτίᾳ τῆς εὐεργεσίας τῆς τῇ προσευχῇ τοῦ Ιγνατίου ἀναληφθείσης εὐχαρίστησεν.

Εν Μοντιχάλῃ ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Σηνέων οἱ κακοδαίμονες παρθένον τινὰ ὀνόματι Μνᾶν, θυγατέρα οὖσαν τοῦ Γρατιανοῦ Γάλου σφόδρα ἐταλαιπώρησαν, καὶ συχνῶς σωματικῷ καὶ ὁρατῷ εἴδει ὀφθέντες αὐτὴν εἰς τὴν διαφθορὰν ἠθελέασαν. καταινοήσαντες δὲ, ὡς οὐχ οἷοί τ' ἦσαν τὴν συγκατάθεσιν βιάζεσθαι, τοσαύτῃ ὠμότητι αὐτὴν ἐπάταξαν, ὥστε τὸ αὐτῆς σῶμα τῇ οἰδήσει καὶ τῷ πελιώματι κακόχρουν καταλιπεῖν. ταύτης δὲ κακοπαθείας τῇ τοῦ μακαρίου πατρὸς Ιγνατίου εἰκόνι αὐτὴν ὁ θεὸς ἀπήλλαξε.

Κεφ. ιθ'.

Αδελφαὶ Μυτιναῖαι τινες, ἀπὸ τῆς τῶν κακοδαιμόνων κακώσεως διὰ τῶν τοῦ Ιγνατίου ἀξιῶν ἀξιομνημονεύτως ἀπαλλάττονται.

Αξιώτερον δὲ τοῦ λόγου καὶ διασαφητικώτερόν ἐστι τῆς ἐξουσίας, ἧς ὁ Ιγνάτιος παρὰ τοῦ θεοῦ, κατὰ τῶν διαβόλων, ἔλαβε, τὸ τούτῳ τῷ ἔτει αχ', ἐν τῇ Μυτίνῃ πόλει τῆς Λογγοβαρδίας συμβεβηκός· ὅπερ, καθὼς αὐτόθι συγγεγραμμένον πρὸς ἡμᾶς ἐκεῖθεν ἐπέμφθη, (ἀλλ' ὅμως βραχίον καὶ σιωπομώτερον) διελεύσομαι. τέσσαρές εἰσιν ἀδελφαὶ νέαι, πτωχαῖαι καὶ εὐγενεῖς, ὧν μία μὲν ἐξεγαμίσθη, τρεῖς δὲ λοιπαὶ ὡραῖαι οὖσαι τυγχάνουσιν· αὗται σὺν ἄλλῃ νεανίδι ὡσαύτως

gnatione etiam attingebant, multis iam annis adeò sæuos & atroces atque assiduos insultus immundorum spirituum sustinebant, vt omnes ad commiserationem mouerent. Morbo continenter affligebantur, cui medici mederi non poterant, nec eius naturam conijcere. In altiora loca nonnunquam deportabantur, vt inde præcipites agerentur: aliàs in secretiora domus cubicula includebantur, vestis discindebatur, capilli spargebantur, corpus lacerabatur: cum periculo vitæ allidebantur ad terram, & vsque eò cædebantur, quoad domestici sonitum verberum audientes, opitulaturi aduolarent. Porrò quamuis probæ virgines hæ fuissent, bene natæ honesteque educatæ, in sermone verecundæ, ab infernis tamen hisce belluis obscœnitatem verborum, horribilia in Deum maledicta, vastosque ac terribiles vlulatus cogebantur emittere. Non poterant sine magna vi ad precandum accedere, nec ad Dei laudem verbum audire, vel proloqui. Interesse sacrosancto sacrificio grauissimũ prorsus & intolerabile illis erat, propterea quòd dæmones quasi defectas animo prosternebant, adeoque insanos clamores edere compellebant, vt magna vi adhibita retineri vix possent. Cùm se ad pedes sacerdotis abijcerent, peccatorum confessionem

ἀκμαῖα καὶ συγγενεῖ, πολλοῖς ἔτεσιν ἤδη οὕτω δεινάς, ἀπεινεῖς, καὶ συνεχεῖς εἰσβολὰς τῶν ἀκαθάρτων πνευμάτων ὑπέμενον, ὥστε ὑπὸ πάντων ἐλεηθῆναι. ὑπὸ νόσου ἀδιαλείπτως ἔκαμνον, ἣν οἱ ἰατροὶ οὐ θεραπεῦσαι, οὐδὲ τῆς φύσεως αὐτῆς στοχάσασθαι ἠδύναντο. καὶ ἔστιν ὅτε μὲν εἰς ὑψηλοτέρους τόπους ἀνηνέχθησαν, ὥστε ἐκεῖθεν καταχρημνισθῆναι· ἔστι δ᾽ ὅτε ἐν τοῖς τοῦ οἴκου ταμείοις ἐνδιαίτοις ἐκλείσθησαν, ἡ ἐσθὴς διερράγη, αἱ τρίχες κατεσκεδάσθησαν, τὰ σώματα περιεδρύφθη, ἐπικινδύνως ἠδαφίσθησαν, καὶ τέως ἐτύφθησαν, ἕως ἂν οἱ οἰκεῖοι τὸν ψόφον τῶν μαστίγων ἀκούσαντες προσδράμωσι, τοῦ αὐταῖς βοηθῆσαι. εἰ δὲ καὶ αὗται παρθένοι εὐδόκιμοι ἐγίνοντο, καλῶς τε καὶ εὐσχημόνως τραφθεῖσαι τοῖς λόγοις αἰδήμονες ἦσαν, ὅμως ὑπὸ τούτων τοῦ ἀδου θηρίων αἰσχροὺς λόγους, καὶ φρικτὰς βλασφημίας κατὰ τοῦ θεοῦ, ἀμέτρους τε καὶ φοβεροὺς ὀλολυγμοὺς ἐκφωνῆσαι ἠναγκάσθησαν. οὐχ οἷαί τ᾽ ἐγένοντο ἄνευ μεγάλης βίας εἰς τὰς προσευχὰς ἐλθεῖν, οὐδ᾽ εἰς τὴν τοῦ θεοῦ δόξαν ῥῆμα ἀκοῦσαι, ἢ ἐκλαλῆσαι. τὸ τῇ ἁγιωτάτῃ λειτουργίᾳ παρεῖναι δεινότατον καὶ ἀφόρητον αὐταῖς ἔδειξε, διότι οἱ κακοδαίμονες αὐτὰς ὡς λειποθυμούσας κατέβαλον, καὶ οὕτω μανικῶς βοῆσαι ἐβιάσαντο, ὥστε σὺν ἰσχύϊ μεγάλῃ κατέχεσθαι μόγις ἠδυνήθησαν. πρὸς τοὺς πόδας τοῦ ἱερέως πεσούσας ἐκώλυσαν τὰ ἁμαρτήματα

ἐξομολο-

onem ijdem impediebant, cogebantque fœdum in modum linguam exerere in sacramenti, sacerdotisque despectum. Sed quod illis grauissimum fuit, indomitæ libidinis stimulo continenter miseras agitabant, erant enim alioqui honestissimæ, ac domi nobiles, & earum aliquæ perpetuam Deo virginitatem vouerant. Quin etiam ipsimet adiurati dæmones confessi sunt, eò se machinas omnes contulisse, vt illis pudicitiam eriperent, atque in discrimen salutis animi corporisque adducerent, sed inanes suos conatus fuisse, propter vsum sacramentorum, quibus acrius eò se tuebantur, quò grauius adirent periculum. Neque hac tantorum malorum varietate contenti, eius, quæ in matrimonio erat, filium quatuor & decem menses natum occiderunt, atque, vt grauiùs eius animum vulnerarent, ei moriturum denunciarunt eo ipso die, quo postea magno matris, & totius familiæ dolore defunctus est. O altam & reconditam rationem iudiciorum Dei! Virgines hæ religiosæ & piæ remedium quæsiuerant à rebus jis omnibus, quas esse nouerant in vsu quotidiano Ecclesiæ, vt ab hac hostium generis humani tyrannide liberarentur. Adhibuerant orationes, sacrificia, exorcismos, aquã lustralem, reliquias Diuorum, ceterasque ratio-

ἐξομολογῆσαι, ἀναγκάσαντες αἰσχρῶς τὴν γλῶτταν ἐκτεῖναι, εἰς τὸ τοῦ μυστηρίου καὶ τοῦ ἱερέως καταφρονεῖν. τοῦτο δὲ δεινότατον ἦν, ὅτι ἐπὶ τὴν ἄδμητον ἀσέλγειαν τὰς ἀθλίας συνεχῶς παρώξυνον· τὰ ἄλλα γὰρ σεμνόταται, καὶ εὐγενεῖς ὑπῆρξαν, καί τινες αὐτῶν τῷ θεῷ τὴν ἀΐδιον παρθενίαν προσήνεγκον. ἔτι δὲ οἱ ἐξορκωθέντες κακοδαίμονες αὐτοὶ ὡμολόγησαν, ταῦτα πάντα αὐταῖς ἐπιμεμηχανῆσθαι, τοῦ αὐτὰς διαφθείρειν, καὶ εἰς τὸν τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος κίνδυνον καθιστάναι, ἀλλὰ ματαιοπονῆσαι, διὰ τὸ αὐτὰς χρῆσθαι τοῖς μυστηρίοις, οἷς ἑαυτὰς τοσούτῳ ἐπιμελέστερον ἠσφαλίσαντο, ὅσῳ δεινότερον ἐκινδύνευσαν. οὐ δὲ ταύτῃ τοσούτων κακῶν ποικιλίᾳ ἀγαπήσαντες τὸν τῆς γαμιθείσης υἱὸν τεσσαρεσκαίδεκα μῆνας γεγονότα ἀπέκτειναν; καὶ ἵνα βάρειον τὴν ψυχὴν αὐτῆς διατρώσῃ, ὡς αὐτὸς τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ θανεῖται, ἐν ἐκείνῃ κατήγγειλαν, ἣ μεγάλη λύπῃ τῆς μητρὸς καὶ ὅλου τοῦ οἴκου ὕστερον ἀπέθανεν. ὢ βάθος καὶ ἀνεξερευνησία τῶν κριμάτων τοῦ θεοῦ; αὗται παρθένοι εὐσεβεῖς καὶ θεόφιλοι οὖσαι, ἀπὸ πάντων, ἅ τινα τῇ ἐκκλησίᾳ καθ' ἑκάστην συνήθη οἴδασιν, ἐζήτησαν φάρμακα, ἵνα ταύτης τῆς τυραννίδος τοῦ ἐχθροῦ τοῦ ἀνθρωπίνου γένους ἀπαλλαχθῶσιν. ἐχρήσαντο προσευχαῖς, λειτουργίαις, ἐξορκισμοῖς, ὕδατι καθαρτικῷ, λειψάνοις τῶν ἁγίων, καὶ ἄλλοις

rationes & remedia, quæ in Ecclesiæ consuetudine sunt posita. Vsæ diu fuerant operâ sacerdotum & religiosorum virtute & prudentia singulari, vt ab his tanquam bonis medicis curarentur. Sacram ædem Lauretanam frequentarant, ceteraque loca, quæ religiosa habentur, eaque præsertim, in quibus Deus solitus in dæmones potestatem ostendere. Sed hæc frustrà tentata sunt omnia: scilicet Deus istam curationem maiori gloriæ reseruabat Ignatij, cuius meritis & orationibus quatuor illæ sorores & his alia cognatione iuncta, diuturnis tormentis liberatæ sunt, & iam incolumitatem, natiuum oris colorem, & mentis alacritatem recuperarunt. Stimulus ille libidinis vim suam perdidit, oratio facilis, tam ea quæ est in voce, quàm quæ in sola mente. Intersunt rei diuinæ magna religione & animi voluptate. Modestia elucet in moribus, colloquia cum domesticis, vt solebant, suauitate condîta. Quocirca mirantur omnes qui illas norunt, sed multo magis cùm ante oculos ponunt viam & rationem, qua precibus B. Ignatij his malis ereptæ sunt, atque hæc est eiusmodi.

Rector Collegij Societatis IESV Mutinensis miseriam & calamitatem harum virginum cùm inaudisset, re ex intimo ani-

mi

τρόποις καὶ θεραπείαις, αἵτινες ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ οἰδισμέναι εἰσί. πολλαὶ χρόνῳ μετέλαβον τῆς συνήθους τῶν ἱερέων καὶ ἀσκητῶν ἐπ' ἀρετῇ καὶ φρονήσει ἐξαιρέτῳ εὐδοκίμων, ἵν' ὑπ' αὐτῶν ὡς ἀγαθῶν ἰατρῶν θεραπευθῶσιν. εἰς τὸν ναὸν τὸν ἐν τῷ Λαυρήτῳ, καὶ εἰς ἄλλους τόπους ἁγίους, ὅπου ὁ θεὸς τὴν ἐξουσίαν τὴν κατὰ τῶν διαβόλων μάλιστα ἐπιδεῖξαι εἴωθε, πλεονάκις ἀπεδήμησαν. ἀλλὰ πάντα ἀνηνύτως ἐπειράθη. ταύτην δήπου τὴν ἴασιν τοῦ θεοῦ τηροῦντος εἰς τὴν μείζω δόξαν τοῦ Ιγνατίου, οὗ τινος ἀξίαις καὶ προσευχαῖς τέσσαρες ἐκεῖναι ἀδελφαὶ σὺν ἄλλῃ αὐτῶν συγγενεῖ, τῶν πολυχρονίων βασάνων ἀπολυθεῖσαι, τὴν ὑγίειαν, τὸ φυσικὸν τῆς ὄψεως χρῶμα, καὶ τὴν προθυμίαν ἀνέλαβον. ὁ τῆς ἀσελγείας σκόλοψ ἠσθενώθη, ἡ προσευχή, ἥτε φωνητικὴ καὶ ἡ νοερὰ, εὐκόλως ἔχει. τῇ λειτουργίᾳ μετὰ μεγάλης εὐσεβείας καὶ εὐφροσύνης παραγίνονται. ἡ εὐταξία ἐν τοῖς τρόποις ἐκλάμπει, αἱ ἐντεύξεις πρὸς τοὺς οἰκείους κατ' ἔθος ἡδιώονται. Διόπερ πάντες μὲν οἱ αὐτὰς ἐπιγνόντες θαυμάζουσι, μάλιστα δὲ οἱ τὴν ὁδὸν καὶ τὸν τρόπον σκοποῦντες, ᾧ διὰ τῆς προσευχῆς τοῦ μακαρίου Ιγνατίου τούτων κακῶν ἠλευθερώθησαν· ὁ δὲ τοιοῦτός ἐστιν.

Ὁ τοῦ τῆς ἑταιρίας Ἰησοῦ συλλόγου τοῦ ἐν Μουτίνῃ προστάτης, τὴν ἀθλιότητα καὶ ταλαιπωρίαν τούτων τῶν παρθένων πυθόμενος, καὶ ἐκ βάθους ψυχῆς τὸ

mi sensu Deo commendata, diuinitus admonitus (vt res ipsa monstrauit) earum domum adijt secum ferens impressam B. Patris imaginem, quam pietatis caussa seruabat; ingressus est earum cubiculum eo tempore, quo sacerdos dæmones adiurabat, nullique penitus imaginis mentionem fecit, affixit eam parieti atque orationi institit. Tum subitò tartarei spiritus insanos clamores, horribiles edere eiulatus, Ignatij fundatoris Societatis adesse imaginem, qua summo cruciatu conficerentur. Nec à petulantibus quidem maledictis temperabant: nunc glabrionem, nunc claudum, nunc cæcutientem appellantes. Cur autem his nominibus eum vocarent fateri iussi, responderunt, glabrum se nominasse propter caluitium & raram barbam, claudum verò propter tibiarum ex altero crure suffracto inæqualitatem; postremò cæcutientem propter vberrimũ fletum, quo de sensu videndi periclitatus fuerat: querebanturque hominem longinquum & alienigenam inde vsque ex Hispania venisse, vt se implacabiliter & viuus, & mortuus persequeretur. Atque eo ipso tempore multi tenebrarum principes confessi virtutem Ignatij, editisque horrendis vlulatibus corpus vnius sororũ egressi sunt, ea humi afflicta ac velut mortua re-

tua re-

πρᾶγμα τῷ θεῷ συστήσας, τῇ τοῦ θεοῦ ὑπομονῇ (καθὼς τὸ συμβεβηκὸς ἐφανέρωσεν) εἰς τὴν αὐτῶν οἰκίαν ἀφίκετο, τὴν τοῦ μακαρίου πατρὸς εἰκόνα ἐκτυπωθεῖσαν ἀνακομίσας, ἣν, εὐλαβείας ἕνεκα, ἐτήρησεν. εἰσελθὼν δ' εἰς τὸν αὐτῶν κοιτῶνα, ὅτε ὁ ἱερεὺς τοὺς κακοδαίμονας ἐξωρκίζετο, καὶ μηδενὶ μὲν περὶ τῆς εἰκόνος τι εἰπὼν, τῷ δὲ τοίχει αὐτὴν προσάψας, τῇ δεήσει προσεκαρτέρησε. τότε παραχρῆμα τὰ ταρτάρεια πνεύματα μανικῶς ἐβόησαν, καὶ φοβερῶς ὠλόλυξαν, ὡς ἡ εἰκὼν τοῦ Ἰγνατίου ἀρχηγοῦ τῆς ἑταιρείας παρῆν, ᾗ τινι ὡς μάλιστα ὠδυνῶντο. καὶ οὐκ ἀπεῖχον βλασφημιῶν ὑβριστικῶν, ὁτὲ μὲν φαλακρὸν, πάλιν δὲ χωλὸν, καὶ ἀμβλυώττοντα ὀνομάζοντα. κελευσθέντα δὲ ἐξαγορεῦσαι αἰτίαν τούτων τῶν ὀνομάτων, ἀπεκρίθησαν, ὡς φαλακρὸν μὲν ἀπεκάλεσαν διὰ τὴν φαλακρότητα καὶ σπανοπωγωνίαν, χωλὸν δὲ διὰ τὴν τῶν κνημῶν ἀνωμαλίαν, τὴν ἐκ τοῦ ἑτέρου σκέλους ἀπερρωγότος γενομένην· τελευταῖον ἀμβλυώττοντα, διὰ τὴν τῶν δακρύων εὐπορίαν, ᾗ περὶ τῆς ὄψεως ἐκινδύνευσεν. ἐμέμψατο δὲ ἄνδρα πόρρω γεγονότα καὶ ἀλλοδαπὸν ἐκ τῆς Ἱσπανίας μακρὰν ἀφικόμενον, ἵνα αὐτὰ ζῶν καὶ τελευτήσας ἀκαταπαύστως διώξῃ. καὶ τῷ αὐτῷ χρόνῳ πολλοὶ ἄρχοντες τοῦ σκότους τὴν τοῦ Ἰγνατίου δύναμιν φοβεροῖς ὀλολυγμοῖς ὁμολογήσαντες ἐκ σώματος μιᾶς τῶν ἀδελφῶν ἐξῆλθον, καὶ αὐτὴν κα-

tua relicta. Ex eo die reliquæ sorores earumque mater,& vniuersa domus colendi B. Patris amore teneri cœperunt, spe concepta valetudinis optatissimæ recuperandæ,adeoq; natalem eius diem sollemnem ac festum agendi, pridieque ieiunandi voto se obstrinxerunt. Huic amori consecuta res noua incrementum dedit. Nam Augustinus Viuado Pater Societatis per id tempus Roma Mutinam proficiscens ad concionandum, tulit secum lipsanothecam, in qua reliquiæ B. Patris erant inter ceteras, quibus in cubiculo sororum occultè collocatis, dæmones mox has Ignatij reliquias esse vociferati sunt, atque addiderũt, vnde, & à quo essent allatæ. Intolerabiles autem inde cruciatus se perferre confitebantur,se cunctos ex ijs corporibus eiusdem supplicatione deturbandos, Deumque statuisse nomen eius in terris gloria illustrare.

Alio quopiam die præcipuus quidam dæmon antequam egrederetur,illusit quidem Ignatio, atque in eum maledicta cõgessit. Sed imminente discessu Deus eum magno suo pudore fateri ossis eius particula se aduri,tertioque sanctum appellare adegit: Sanctus, inquit,Ignatius, Sanctus Ignatius, Sanctus Ignatius me sua animi demissione, potentia, pietate qua fuit in

sancti-

παραβεβλημένην καὶ ὡς ἀποθανοῦσαν κατέλιπον. ἐξ ἐκείνης τῆς ἡμέρας αἱ ἄλλαι ἀδελφαί, καὶ ἡ αὐτῶν μήτηρ, καὶ πᾶς οἶκος τὸν μακάριον πατέρα Ἰγνάτιον σέβεσθαι ἤρξαντο, ὑποκειμένης ἐλπίδος, τοῦ τὴν ἐπιπόθητον ὑγίειαν ἀναλαβεῖν, καὶ εὐχὴν ἐποιήσαντο τοῦ τὴν γενέθλιον αὐτοῦ ἑορτάσαι, καὶ τῇ προτεραίᾳ νηστεῦσαι. αὕτη δ' ἐπιθυμία ἐκ τοῦ τότε νέως συμβεβηκότος ἐπίδοσιν ἔλαβεν. ὁ γὰρ Αὐγουστῖνος Βίβαδες, ὁ τῆς ἑταιρίας πατήρ, τηνικαῦτα ἐκ τῆς Ῥώμης εἰς τὴν Μούτιναν πορευθεὶς τοῦ ἐκκλησιάσαι, ἐκόμισε λειψανοθήκην, ἐν ᾗ, πλὴν ἄλλων, καὶ τὰ λείψανα τοῦ μακαρίου πατρὸς ἐγένετο, ὧν ἐν τῷ ταμείῳ τῶν ἀδελφῶν λάθρα ἀποκειμένων, οἱ κακοδαίμονες εὐθέως ἐβόησαν, ὅτι τὰ τοῦ Ἰγνατίου λείψανα ἦν, καὶ τοῦτο προσθέντες, πόθεν, καὶ ἀπό τινος προσεκομίσθη. ἀφορήτους δὲ βασάνους ἐξ αὐτῶν παθεῖν ὡμολογήσαντο, καὶ ὅτι πάντες ἐξ ἐκείνων σωμάτων, τῇ αὐτοῦ ἱκετείᾳ, ἐκβληθήσονται· καὶ ὅτι ὁ θεὸς τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς δοξάσαι προείλετο.

Ἄλλῃ τινὶ ἡμέρᾳ δαιμόνιόν τι ἔξοχον πρὸ τοῦ ἐξελθεῖν, τῷ μὲν Ἰγνατίῳ ἐμπαῖξαι ἐλοιδορήσατο· ἐνεστώσης δὲ ἀποχωρήσεως, ὁ θεὸς αὐτὸ σφόδρα καταισχυνθὲν ἐξομολογῆσαι, ὅτι τῷ μορίῳ τοῦ ὁσίου αὐτοῦ καίεται, καὶ τρὶς ἅγιον αὐτὸν ὀνομάσαι ἠνάγκασεν· Ἅγιος, ἔφη, Ἰγνάτιος, Ἅγιος Ἰγνάτιος, Ἅγιος Ἰγνάτιος τῇ αὐτοῦ ταπεινοφροσύνῃ, δυνάμει καὶ εὐσεβείᾳ, τῇ πρὸς τὴν

ſanctiſſimam Virginem, expellit. Alij cùm celare vellent ſe per Ignatium pelli, mallentque depulſionem hanc alijs ſanctis attribui, quos ſingulari cultu ſorores illæ proſequebantur, in egreſſu tamen ſe mentitos eſſe fateri cogebantur, & Ignatium ornare gloria ac dicere, ſolius eius opera in hac eiectione Deum vti velle. Aliàs inſanos clamores edebant, atque exeuntes; Vbi eſt, inquiunt, Lucifer poteſtas tua? quandoquidem chartæ fragmentum ſacerdotis iſtius imagine conſignatum nos eijcit, neque potes obſiſtere? Aliquando cùm eſſent inani conatu toto die ſæpius adiurati, ſe non abituros eſſe dicebant, niſi ſubſidium inuocaretur Ignatij, cumq; ſacerdos diceret: Impero vobis per merita B. Ignatij vt exeatis, illi nulla interpoſita mora præcipites rabie ac furore cedebant. Ita ſubinde loquebantur: Ah, ah Deus, itane verò nos gloria ſpolias, vt eam iſti ſacerdoti claudo rugoſoque tribuas? Quam efficacitatem impreſſa B. Patris imago, eiuſque reliquiæ habebant, eandem & ipſius vitæ liber habere viſus eſt. Cùm enim ad ædes harum virginum deportatus eſſet, vel vt imponeretur earum capiti vel pectori, vel vt aliquod capitulum in eo legeretur, tartareos ſpiritus cùm mirè torquebat, tum ad abeundum, cedendumque

ἁγιωτάτην παρθένον ἐμὲ ἐκβάλλει. Ἄλλοι, εἰ καὶ
τὸ ὑπὸ τοῦ Ἰγνατίου ἐκβάλλεσθαι, κρύπτειν ἐβούλοντο,
καὶ μᾶλλον ταύτην τὴν ἐξώθησιν ἄλλοις ἁγίοις ἀνα-
τίθεσθαι ἤθελον, οὓς ἐκεῖναι ἀδελφαὶ ἰδίως ἐθερά-
πευον, ὅμως ἐν τῇ ἐξόδῳ ἐβιάσθησαν ὁμολογῆσαι,
ὡς ἐψεύσαντο, καὶ τὸν Ἰγνάτιον ἐγκωμιάσαι, εἰπόν-
τες, ὅτι ὁ θεὸς διὰ μόνου τοῦ Ἰγνατίου αὐτοὺς ἐκβα-
λεῖν προείλετο. ἄλλοτε μανικῶς ἐκεκράγασαν, καὶ
ἐξελθόντες ἔφησαν ποῦ, ὦ ἑωσφέρε, ἡ δύναμίς σου;
ἐπειδὴ ἀπόκομμα τοῦ χάρτου τοῦ ἱερέως τούτου εἰκό-
νι σημειωθὲν ἡμᾶς ἐξωθεῖ, καὶ σὺ οὐχ οἷός τε γίνῃ ἀν-
τιστατεῖν; ἐνίοτε ὅλην τὴν ἡμέραν πολλάκις μάτην
ἐξορκισθέντες εἶπον, ὅτι οὐκ ἐξελεύσονται, ἐὰν μὴ
ἡ τοῦ Ἰγνατίου βοήθεια ἐπικληθῇ, καὶ τοῦ ἱερέως λέ-
γοντος· ἐπιτάττω ὑμῖν διὰ τῶν ἀξιῶν τοῦ μακαρίου
Ἰγνατίου ἐξελθεῖν, μηδεμίαν ἀναβολὴν ποιησά-
μενοι, μανικῶς καὶ λυσσωδῶς ἀπεχώρησαν. οὕτω
δέ ποτε ἐλάλησαν· αἲ αἲ θεέ, ἆρά γε ἡμᾶς οὕτω δό-
ξης ἀποστερεῖς, ὥστε δοξασθῆναι τοῦτον τὸν ἱερέα χω-
λὸν καὶ ῥυπώδη; ἣν δὲ ἐνέργειαν ἡ τοῦ μακαρίου
πατρὸς εἰκὼν ἐκτυπωθεῖσα, καὶ τὰ αὐτοῦ λείψα-
να εἶχε, ζώτης καὶ τὸ τοῦ βίου αὐτοῦ βιβλίον ἐπιτυ-
χεῖν ἔδοξεν. ἀνακομισθὲν γὰρ εἰς τὸν οἶκον τούτων
παρθένων ἢ τοῦ τῇ κεφαλῇ, ἢ τῷ στήθει ἐπιτεθῆναι,
ἢ κεφάλαιόν τι ἐν αὐτῷ ἀναγνωσθῆναι, θαυ-
μαστῶς τὰ ὑποταρτάρια πνεύματα ἐβασάνι-
ζε, καὶ ἠνάγκαζε παραχωρῆσαι τῷ θελήματι

quae Dei voluntati compellebat, qui mirabilis est in sanctis suis, datque vim conculcandi leonem & draconem, deque omnibus dæmonibus triumphandi. Ad duos menses durauit iste conflictus, donec referretur plena victoria. Vt enim præclarè D. Bernardus ait, agens de duobus dæmonibus per sanctum Malachiam eiectis, istã moram & tarditatem non attulit inopia potestatis, sed statutum Dei, vt omnibus fieret inimici potestas apertior, & sancti qui eum exturbabat victoria clarior.

CAPVT XX.

Verborum Ignatij mira in tractandis flectendisque hominum animis efficacitas.

NEc verò solùm in dæmones, sed etiam in animis hominum, quibuscum agebat, hanc diuinitus auctoritatem visus est accepisse. Fuit enim vis illa mirabilis, quam Deus eius orationi tribuit, quæ humana maior apparebat, animosque permouebat non eloquentia verborum, sed spiritus rerumque, quas tractabat, grauitate. Itaque homines duros & obfirmatos molliebat vt ceram, adeoque flectebat, vt seipsos & suam mutationem mirarentur. Molestias & angores duobus sæpe verbis leuabat; ex animis ægritudines depelle-

bat,

τοῦ θεοῦ, τοῦ θαυμαστοῦ ὄντος ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, καὶ διδόντος δύναμιν τοῦ καταπατεῖν λέοντα καὶ δράκοντα, καὶ πάντας κακοδαίμονας θριαμβεύειν. αὕτη δὲ σύρραξις περὶ δύο μῆνας διέμεινεν, ἕως ἂν παρὰ τῶν πολεμίων τελεία νίκη ληφθῇ. ὥσπερ γὰρ ὁ ἅγιος Βέρναρδος περὶ τῶν δυοῖν διαβόλων ὑπὸ τοῦ ἁγίου Μαλαχίου ἐκβληθέντων καλῶς εἶπε, ταύτης τῆς ἀναβολῆς καὶ βραδυτῆτος οὐκ αἰτία γέγονεν ἀπορία τῆς ἐξουσίας, ἀλλὰ τὸ διάταγμα τοῦ θεοῦ, ὅπως πᾶσιν ἥτε τοῦ ἐχθροῦ δύναμις, καὶ ἡ τοῦ αὐτὸν ἐκβαλόντος νίκη λαμπροτέρα γένηται.

Κεφ. κʹ.

Ἡ τοῦ λόγου τοῦ Ἰγνατίου ἐν τῷ τοὺς ἀνθρώπους ψυχαγωγεῖν καὶ μεταπείθειν θαυμαστὴ ἐνέργεια.

ΟΥ μόνον δὲ κατὰ τῶν κακοδαιμόνων, ἀλλὰ καὶ κατὰ τῶν ψυχῶν ἀνθρώπων, οἷς ἐπλησίασεν, ταύτην ἐξουσίαν οὐρανόθεν λαβεῖν ἔδοξεν. ἡ γὰρ δύναμις, ἣν ὁ θεὸς τῷ αὐτοῦ λόγῳ ἐχαρίσατο, μείζων ἦν, ἢ κατ' ἄνθρωπον, καὶ τοὺς ἀκροατὰς ἀνέπειθεν, οὐ τῇ εὐφραδίᾳ τῶν λόγων, ἀλλὰ τῇ τοῦ πνεύματος καὶ τῆς ὑποθέσεως δεινότητι. διόπερ τοὺς σκληροὺς καὶ ἀμεταπείστους ὡς κηρὸν ἐμάλαττε, καὶ οὕτως ἀνέπειθεν, ὥστε ἑαυτοὺς καὶ τὴν αὐτῶν μεταβολὴν θαυμάσαι. τὰς ἀηδίας καὶ ἀδημονίας πολλάκις δυσὶ ῥήμασιν ἐκούφιζε, τὰς λύπας ἀπώθει,

bat, iacentes excitabat, eisque pacem & securitatem dabat.

Iudæus quidam Isaac nomine, fidei mysterijs imbuendus domi nostræ morabatur, quia Christiana sacra amplecti decreuerat: ille die quopiam tanta vi oppugnatus fuit à dæmone, vt velut furiosus & amens abire velle se diceret, nullumque cũ sacris fidei nostræ mysterijs habere commercium. Pater hominem vocandum ad se curauit, eique tantummodo dixit: Isaac mane nobiscum, qua voce ille furentem subitò mitigauit; & leo ferus in mitem agnum conuersus est, domique remansit, dum sacro fonte tingeretur.

Ioannem Paulum vnum è fratribus Patris nostri socium, ita diabolus aliquando vexauit, inanique scrupulo dies noctesque stimulauit & punxit, vt vix spiritum ducere, animi certè quietem inuenire nusquam posset; non oratione, non studio pœnitentiæ, non sacramentorum vsu, non quæsitis aliunde remedijs recreari; tanto denique in luctu versabatur, vt viua mortis imago esse videretur: at vbi rem cum B. Patre communicauit, is duobus tantummodo verbis vsus, omnem veluti manu molestiam ei non ademit solum, sed ita radicitùs euulsit, ac si nunquam eâ laborasset. Alium noui, cuius nomen (quoniam viuus adhuc est)

τοὺς ἀθυμοῦντας ἐξήγειρεν, αὐτοὺς εἰρηνοποιῶν καὶ ἀσφαλίζων.

Ἰουδαῖός τις ὀνόματι Ἰσαὰκ κατηχούμενος ἐν οἴκῳ ἡμῶν διῆγεν, ὅτι χριστιανὸς γενέσθαι προείλετο· οὗτος ἡμέρᾳ τινὶ ὑπὸ κακοδαίμονος οὕτω δεινῶς ἐπολεμήθη, ὥστε ὡς μανικὸς καὶ ἄνους εἶπεν, ὅτι ἀπελθεῖν. καὶ οὐδὲν τοῖς μυστηρίοις ἁγίοις τῆς πίστεως ἡμῶν κοινωνῆσαι ἐβούλετο. ὁ δὲ πατὴρ τὸν ἄνθρωπον προσκαλέσας, αὐτῷ τόδε μόνον ἔλεξεν· Ἰσαὰκ, μεῖνον μεθ' ἡμῶν· ᾗ τινι φωνῇ αὐτὸς τὸν μαινόμενον εὐθέως κατεπράϋνε· καὶ ὁ λέων ἄγριος εἰς πρᾷον ἀμνὸν μετεβλήθη, οἴκοι διαμείνας, ἄχρι τοῦ βαπτισθῆναι.

Ἰωάννην Παῦλον ἕνα τῶν ἀδελφῶν τοῦ πατρὸς ἡμῶν ἑταῖρον, οὕτως ὁ διάβολός ποτε ἐκάκωσε, καὶ κατὰ τὰς ἀπορίας τῆς συνειδήσεως ἡμέρας καὶ νύκτας ἐκέντρισε καὶ ἔνυξεν, ὥστε μόλις μὲν τὸν βίον ἄγειν, τῆς δὲ τοῦ νοῦ ἡσυχίας πάντως οὐδαμῇ ἐπιτυγχάνειν, οὐδὲ τῇ προσευχῇ, οὐδὲ τῇ τῆς μετανοίας σπουδῇ, οὐδὲ τῇ τῶν μυστηρίων χρήσει, οὐδὲ τοῖς ἄλλοθεν πορισθεῖσιν ἀλεξιφαρμάκοις ἀναπαύεσθαι δυνηθῆναι· καὶ τελευτῶν τοσούτῳ πένθει ἐνέπεσεν, ὥστε ζωὴ εἰκὼν τοῦ θανάτου ἐφαίνετο. ἐν τῷ δὲ κοινολογεῖσθαι τῷ μακαρίῳ πατρὶ περὶ τούτου, αὐτὸς μόνον δυσὶ ῥήμασι χρησάμενος οὐ μόνον πᾶσαν λύπην, ὥσπερ χειρὶ, ἀπ' αὐτοῦ ἀπέμαξεν, ἀλλ' οὕτως ἀπερρίζωσεν, ὥσπερεὶ αὐτὸς οὐδέποτε ἐκείνῃ ἐλήφθη. Ἄλλον ἐπέγνων

(οὔ τινος

est, tacitus prætereo, qui adolescens admodum, nescio quo casu, tanto timore perculsus est, vt vel vmbram suam formidaret: mox verò vt hanc perturbationem & inanem metum B. Patri commemorauit, vno illius verbo pristinam animi serenitatem & æquitatem recepit.

Huic ipsi & alia duo contigerunt, quæ clarissimè demonstrarunt, quantum robur serui sui verbis Deus addidisset, quamque flexanima esset eius oratio apud eos, qui illius sermone congressuque vterentur. Primùm ita pertinax hic adolescens aliquando fuit, vt salutaria Patris consilia prorsus respueret, idem tamen mox vnica eius grauiore compellatione sic flexus est, vt abiecta omni cunctatione exclamaret, Faciam Pater, faciam. Promissioni respondit euentus, eò quòd ob admirabiles, quos sentiebat animi motus, amplius sibi obsistendum non putaret. Alterum est, quòd hic idem cogitarat, & pænè constituerat à Societate deficere, vt verò confessione B. Patri totius vitæ noxas aperuit, illeque dixit: Obsecro te, ne ingratus in eum sis, qui in te tanta beneficia contulit, omnem subitò eiusmodi deliberationem sustulit, hominemque ita confirmauit, vt in cœpto vitæ instituto permanere decerneret, in quo etiamnum laudabiliter perseuerat.

neque

(οὗ τινος ὄνομα, ὡς ἔτι ζῶντος, κατασιωπῶ) ὃς μὲν κομιδῇ νέος ὑπάρχων, οὐκ οἶδα ὅπως τόνδε τὸν τρόπον κατεπλήχθη, ὥστε καὶ τὴν αὐτοῦ σκιὰν φοβηθῆναι. ταύτην δὲ ταραχὴν καὶ μάταιον φόβον τῷ μακαρίῳ πατρὶ διηγησάμενος, μόνῳ αὐτοῦ λόγῳ τὴν πρόσθεν γαληνότητα καὶ εὐθυμίαν ἀνέλαβε.

Προσέτι τῷ αὐτῷ ἄλλα δύο συνέβη, ἅ τινα σαφέστατα ἐδήλωσεν, ὅσον ἂν ὁ θεὸς τοὺς τοῦ δούλου αὐτοῦ λόγους ἐδυνάμωσε, καὶ ὡς τοὺς συνομιλοῦντας καὶ πλησιάζοντας αὐτῷ ἐψυχαγώγησε. πρῶτον μὲν ὅδε ὁ νέος οὕτω ποτὲ ἰσχυρογνώμων ἦν, ὥστε τοῦ πατρὸς συμβουλίας σωτηριώδεις παντελῶς ἀποπτύσαι, μιᾷ προσφωνήσει αὐτοῦ δεινοτέρᾳ εὐθέως οὕτως ἐπείσθη, ὥστε ἀμελλητὶ ἀνέκραξε· ποιήσω, πάτερ, ποιήσω. καὶ τὸ συμβεβηκὸς τῆς ὑποσχέσεως οὐχ ἥμαρτεν, ἀνθ᾽ ὧν θαυμαστῶς τὴν γνώμην διακείμενος, οὐκ ἔτι ἀπειθεῖν αὐτῷ ἔδοξε. τὸ δὲ δεύτερον, ὅτι μὲν ὁ αὐτὸς ἐννοήσας, καὶ σχεδὸν προελόμενος ἀποστῆναι τῆς ἑταιρίας, τῷ μακαρίῳ πατρὶ πάντα τοῦ βίου ἁμαρτήματα ἐξωμολόγησεν· ὁ δ᾽ εἰπών, δέομαί σου μὴ ἀχαριστεῖν πρὸς τὸν τοιαῦτα ἀγαθά σε ποιήσαντα, παραχρῆμα πᾶσαν ταύτην διανόησιν ἀνεῖλε, καὶ αὐτὸν οὕτω ἐβεβαίωσεν, ὥστε προείλετο τῷ καταρχθέντι τοῦ βίου ἐπιτηδεύματι ἐμμένειν, ἐν ᾧ ἔτι καὶ νῦν ἐπαινετῶς ζῶν διατελεῖ.

neque deinceps vnquam eiusmodi cogitatione pulsatus est.

Alia huius generis multa commemorare possemus; quamobrem P. Franciscum Borgiam, virum ea sanctitate & prudentiâ quâ omnes norunt, referre memini; Pater Ignatius, inquit, loquebatur tanquam potestatem habens, eaque vi præditus, vt animos hominum quamcunque in partem vellet, impelleret. Narrat D. Bernardus, Sanctum Malachiam Episcopum domuisse fœminam natura ferocem & iracundam, suoque iudicio maius illud fuisse miraculum, quàm cùm idem mortuam luci restituit; in altero siquidem hominem exteriorem, in altero verò interiorem excitarat ad vitam. Hæc beati illius viri sententia.

CAPVT XXI.

Cuiusque generis morbi per B. P. Ignatij inuocationem curati.

SEd institutum narrationis nostræ cursum prosequamur, aliaque nonnulla miracula, quæ Deus illius precibus eo mortuo fecit; maximeque his posterioribus annis, quibus de eius consecratione deliberatio suscepta est. Deus enim multa, varia, & magna in varijs prouincijs edit, quibus in ipsum pietas hominum excitetur,

καὶ εἰς τὸ λοιπὸν οὐδέποτε τοιαύτῃ διανοίᾳ ἠνωχλήθη.

Πολλὰ τούτοις ὅμοια διελθεῖν πρόχειρον ἂν ἐγίνετο· διόπερ μέμνημαι ἀκούσας τοῦ πατρὸς Φραγκίσκου Βοργίου τοῦ ἀνδρὸς ἐπὶ τῇ ἁγιότητι καὶ συνέσει παρὰ πᾶσιν εὐδοκίμου εἰπόντος· ὁ πατὴρ Ἰγνάτιος ἐλάλει ὡς ἐξουσίαν ἔχων, καὶ οἷός τε γινόμενος τοὺς ἀνθρώπους, ὅποι ἂν βουληθῇ, ψυχαγωγεῖν. ὁ ἅγιος Βέρναρδος ἱστόρησε τὸν ἅγιον Μαλαχίαν ἐπίσκοπον καταπραΰναι γυναῖκα τὴν φύσιν ἀγρίαν καὶ ἐπίχολον, καὶ ὡς παρ' αὐτῷ κέκριται, τόδε θαῦμα μεῖζον γεγονέναι, ἢ ὅτε αὐτὴν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν· ἐν τῷ μὲν γὰρ ἄνθρωπον τὸν ἔξω, ἐν τῷ δὲ τὸν ἔσω ἀνέστησεν· αὕτη δὴ τούτου ἁγίου ἀνδρὸς γνώμη ἐστί.

Κεφ. κα'.

Παντοδαπὰ νοσήματα διὰ τῆς τοῦ μακαρίου πατρὸς Ἰγνατίου ἐπικλήσεως θεραπευθέντα.

ΠΑλιν δ' ἐπανέλθωμεν ἐπὶ τὴν ὑπόθεσιν, καὶ ἄλλα τινὰ θαύματα, ἅπερ ὁ θεὸς μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν κατειργάσατο, μάλιστα ἐν τούτοις τοῖς ὕστερον ἔτεσιν, οἷς περὶ τοῦ αὐτὸν τοῖς ἁγίοις προσγράψαι, βούλευσις προετέθη. ὁ γὰρ θεὸς πολλὰ διάφορα καὶ μεγάλα ἐν διαφόραις χώραις ἐποίησεν, ἵνα τὴν τῶν ἀνθρώπων εὐσέβειαν πρὸς αὐτὸν ἐγερθῆναι.

tur,& quemadmodum in cælo celebratur, eius gloria, sic etiam celebretur in terris.

Eo temporis puncto, quo Romæ decessit è vita, Bononiæ splendescens, inclytusque apparuit nobili matronæ viduæ Margaretæ Delis nomine, & Societatis amantissimæ. Atque illa sine cunctatione visum narrauit P. Francisco Palmæ Rectori Collegij, cuius ad aurem solebat animi noxas eluere: mortuumque indicauit Ignatium, ac se vidisse confirmauit, adeoque natiuis eum coloribus depinxit, ac si eum antea cognouisset, quem reuera viderat nunquã. Porrò cùm eum Patrem adijt, quamuis illico rei fidem non fecit; tamen vbi diei & horæ nuncius allatus est, quo die & hora vitam hanc meliore commutarat, vera dixisse compertum est.

Anno CIↃ. IↃ. LVI. Kal. Augusti ei parentatum est frequentissimo populo, qui ad eum videndum & venerandum confluxerat. Affuit inter ceteros Bernardina quædam religiosa mulier, & magnopere pietati dedita. Hæc filiam habuit annos decem & quatuor natam, graui periculosaq; struma laborantem. Quamuis autem magnam partem facultatum suarum in adhibendas curationes absumpsisset, nõ modò tamen inanes impensas fecerat, sed etiam morbus in dies ingrauescebat. Eam illo ipso

θλῆσαι, καὶ ὥσπερ ἐν οὐρανῷ δοξάζεται, οὕτως αὐτὸν καὶ ἐπὶ τῆς γῆς δοξασθῆναι.

Ἐν τῇ αὐτῇ τοῦ χρόνου ῥοπῇ, ὅτε ὁ Ἰγνάτιος ἐν Ῥώμῃ ἀπήλλαξεν, ἐν Βονωνίᾳ στίλβων καὶ λαμπρὸς ἐφάνη τῇ εὐγενεῖ οἰκοδεσποίνῃ χηρευούσῃ ὀνόματι Μαργαρίτῃ Διλαίᾳ, καὶ πρὸς τὴν ἐσχατίαν εὐμαρέστατα διακειμένῃ. αὕτη δὲ ἀνυπερθέτως τὴν ὀπτασίαν ἐπήγγειλε τῷ πατρὶ Φραγκίσκῳ Πάλμῃ τῷ τοῦ συλλόγου προεστώτῃ, ᾧ τινι τὰς ἁμαρτίας ἐξομολογῆσαι εἴωθε· καὶ ἐγνώρισεν αὐτῷ τὸν θάνατον τοῦ Ἰγνατίου, καὶ διισχυρίσατο αὐτῇ φανῆναι, τοῖς φυσικοῖς χρώμασιν οὕτως αὐτόν, καίπερ πρότερον οὐδέποτε ὀφθέντα, ὑποτυπώσασα, ὥσπερεὶ αὐτὸν ἐπέγνω. καίτοι μὲν τῇ προσερχομένῃ αὐτῇ ὁ πατὴρ εὐθέως οὐκ ἐπίστευσεν, ὅμως τὰς ἡμέρας καὶ ὥρας, ᾗ τοῦτον τὸν βίον ἀντὶ βελτίονος ἀντικατηλλάξατο, ἐπαγγελθείσης, φανερὸς ἦν ἀληθῆ εἰρηκυῖα.

Ἔτει α φ' ν ς', τῇ α' τοῦ Αὐγούστου πολλοῦ πλήθους εἰς τὴν τοῦ Ἰγνατίου ταφὴν φοιτῶντος, τοῦ αὐτὸν ἰδεῖν καὶ θεραπεῦσαι, παρεγίνετο μεταξὺ ἄλλων Βερναρδίνη τις γυνή, εὐλαβὴς οὖσα, καὶ τοῖς τοῦ θεοῦ σφόδρα προσκειμένη. ἣ θυγατέρα εἶχε τεσσαρακαίδεκα ἔτη γεγονυῖαν, ὑπὸ τῆς χοιράδος δεινῶς καὶ ἐπικινδύνως νοσοῦσαν. εἰ δὲ καὶ μέγα μέρος τῆς οὐσίας αὐτῆς εἰς ἰάσεις προσανήλωσεν, ὅμως μὴ μόνον πᾶν μάτην ἐδαπάνησεν, ἀλλὰ καὶ τὸ νόσημα καθ' ἑκάστην ἐβαρύνθη. ἐκείνῳ

αὐθήμε-

ipso die mater ad templum Societatis adduxit, vt corpus B. Patris contingeret. Sperabat enim eius precibus à Deo filiæ restitutum iri valetudinem, quam à medicorũ ope exspectare non poterat. Sed tanta populi frequentia conuenerat, vt quidquid agerent mater & filia, viæ tamen per confertam turbam faciendæ modum inuenire non possent, & ad corpus iam loculo inclusum accedere. Cùm viderent igitur se operam lusisse, ac vehementer dolerent, conatæ sunt saltem aliquid reliquiarum B. Patris impetrare, quod acceptum magna fide, magnaque pietate filiæ collo, strumisque atque vlceribus, quæ iam penè in cancrum eruperant, mater admouit. Ecce tibi res sanè mirabilis. Nam Dei misericordia meritisque Ignatij filia pristinam valetudinem momento temporis consecuta est, omnibus rei nouitate attonitis, magnoque velut testimonio sanctitatis eius, quod etiam mortuus morbos ab ijs depelleret, qui eius fidem religiosè & suppliciter implorabant.

Anno CIↃ. IↃ. LXIX. prid. Kal. Aug. qui dies est B. Patri natalis, quo primum corpus eius translatum est: quidam Dei seruus in eius sepulcro duorum dierum spatio suauissimum concentum & symphoniam continenter audiuit. Romæ Drusilla Torsellina

αὐθήμερον ἡ μήτηρ εἰς τὸν τῆς ἐπωνυμίας ναὸν προσή-
γαγεν, ἵνα τοῦ σώματος τοῦ μακαρίου πατρὸς
ἐφάψηται. ἤλπισε γὰρ τῇ αὐτοῦ δεήσει τὴν
θυγατέρα παρὰ τοῦ θεοῦ τῆς ὑγιείας τεύξεσθαι,
ἣν παρὰ τῆς τῶν ἰατρῶν θεραπείας προσδο-
κᾶν οὐκ ἠδύνατο. τοσοῦτο δὲ τῶν ἀνθρώπων
πλῆθος συνῆλθεν, ὥστε μηδενὶ τρόπῳ τὴν μητέρα
καὶ τὴν θυγατέρα δι' ἀθρόου λαοῦ διήκειν, μηδὲ
τοῦ σώματος ἤδη εἰς τὴν σορὸν ἐγκλεισθέντος
ἅψασθαι δυνηθῆναι. αἰσθόμεναι δὲ τῆς ματαιοπο-
νίας, καὶ σφόδρα λυπηθεῖσαι, ἐπεχείρησαν λει-
ψάνου γέ τινος τοῦ μακαρίου πατρὸς ἐπιτυχεῖν. ὃ
ληφθὲν μεγάλῃ πίστει καὶ εὐλαβείᾳ τῷ τῆς θυγα-
τρὸς τραχήλῳ, χοιράσι καὶ ἕλκεσιν ἤδη σχεδὸν
κεκαρκινωμένοις, ἡ μήτηρ προσέθηκεν. ἰδοὺ δὲ
θαῦμα μέγιστον. τῷ γὰρ τοῦ θεοῦ ἐλέει καὶ ταῖς
τοῦ Ιγνατίου ἀξίαις ἡ θυγάτηρ ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ
ἀνέῤῥωσε, πάντων τῇ τοῦ πράγματος καινότητι
καὶ μεγάλῃ μαρτυρίᾳ τῆς ἁγιότητος αὐτοῦ ἐκ-
πληχθέντων, ὅτι καὶ ἀποθανὼν τὰς νόσους τῶν τὴν
ἐπικουρίαν αὐτοῦ εὐσεβῶς καὶ ἱκετικῶς ἐπικαλούν-
των, ἐξιᾶτο.

Τῷ ἔτει α φ' ξ θ', τῇ λα' τοῦ Ιουλίου τῇ γενε-
θλίῳ τοῦ μακαρίου πατρὸς, ᾗ τὸ σῶμα αὐτοῦ πρῶ-
τον μετηνέχθη, δοῦλός τις τοῦ θεοῦ ἐν τῷ τάφῳ
αὐτοῦ δύο ἡμέρας ἡδύσης συμφωνίας συνεχῶς
ἤκουσεν. ἐν τῇ Ῥώμῃ ἡ Δρούσιλλα Τορσελλίνη

χαλε-

sellina ægra morbo graui, cùm æstu febrique iactaretur, ad eamque grauissimus capitis dolor accederet, multa remedia quæsiuit, in brachijs, in naribus, in capite incidendas sibi venas curauit. Sed his omnibus morbi vis non modo non leuabatur, sed etiam gliscebat in dies. Vbi verò fronti particulam ossis B. Patris imposuit, repentinò conualuit.

Alia mulier Olympia Norina tanto cruciatu doloris oculorum afflicta fuit, vt trium mensium spatio videndi sensum amitteret. Adiungebatur insuper continua febris & acerbus capitis dolor, qui nullam partem neque diurnæ, neque nocturnæ quietis eam capere patiebatur. Inter horum maxima cruciamenta morborum autographum B. Patris nomen allatum, quo mox ad frontem oculosque applicato, protinus vidit, omniique febris & doloris molestia liberata est.

In eadem vrbe anno CIↃ. IↃ. XCVII. Hieronymus Gabrielli, puer nobilis septimum agens ætatis annum, in malignam febrim incidit & lateris dolorem, exigua spe vitæ relicta, qui eodem scripto ab Ignatio nomine recreatus, ex morbo periculoque ereptus est.

Anno CIↃ. IↃ. XCIX. Ioanna Vrsina Corneliæ Vrsinæ, ducis Cæsi filia, tanta tussi quatie-

χαλεπῶς νοσοῦσα, πυρέσσουσά τι καὶ δεινῶς κεφαλαλγοῦσα πολλὰ φάρμακα ἐζήτησε, καὶ ἐν τοῖς βραχίοσιν, ἐν ταῖς ῥισὶ, καὶ ἐν τῇ κεφαλῇ ἐφλεβοτομήθη. καίτοι τούτοις πᾶσιν ἡ τοῦ νοσήματος χαλεπότης μὴ μόνον οὐκ ἐκουφίζετο, ἀλλὰ καὶ ὁσημέραι ηὐξάνετο. τῷ δὲ μετώπῳ μόριον τοῦ ὀστέου τοῦ μακαρίου πατρὸς ἐπιθεῖσα ἐξαίφνης ἐῤῥάϊσεν.

Ἄλλη γυνὴ Ὀλυμπία Νορίνη τοσαύτην ὀφθαλμίαν ἔπαθεν, ὥστε τρεῖς μῆνας τῆς ὄψεως στερηθῆναι· ἔτι δ' ἐλυπήθη ὑπὸ συνεχοῦς πυρετοῦ καὶ δεινῆς κεφαλαλγίας, μήτε ἡμέρας, μήτε νυκτὸς αὐτὴν ἡσυχάσαι ἐασάσης. μεταξὺ τούτων μεγίστων ἀλγέων, τοῦ μακαρίου πατρὸς ὀνόματος αὐτογράφου προσκομισθέντος, καὶ εὐθέως τῷ μετώπῳ καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς προσαφθέντος, παραυτίκα ἀνέβλεψε, παντὸς πυρετοῦ καὶ ἀλγήματος ἀπαλλαχθεῖσα.

Ἐν τῇ αὐτῇ πόλει, ἔτει α φ' ς ζ', ὁ Ἱερώνυμος Γαβριήλλιος, παῖς εὐγενὴς, ἔτη ἑπτὰ γεγονὼς, χαλεπῷ πυρετῷ καὶ πλευρίτιδι ἀπελέπισεν, ὀλίγην ἐλπίδα τῆς ζωῆς ἔχων· ὃς τῷ αὐτῷ ὀνόματι αὐτογράφῳ τοῦ Ἰγνατίου ἐκ τῆς νόσου αὐτὴν ἀναλαβὼν, τὸν κίνδυνον διέφυγεν.

Ἔτει α φ' ς θ', Ἰωάννη Οὐρσίνη, τῆς Κορνηλίας Οὐρσίνης ἀρχούσης τοῦ Καίσου θυγάτηρ οὕτως

ἔδηπλεν

quatiebatur, vt respirare non posset, nedũ lac sugere. Dux mater eam Patri Ignatio commendauit, obsecrauitque vt ei pristinam valetudinem impetraret: atque vt omnes nossent id beneficij ab se profectum, efficeret, vt in puella repentina mutatio facta videretur. Cùm igitur filiola totam noctem diemque dimidiatum duxisset insomnem, puncto temporis in somnum incidit, mox tussis depulsa est, & lac nutricis hausit infantula. Dux autem beneficij memor, sepulcro Patris votiuam tabulam imponendam curauit.

Eodem anno Angela Ruggiera penè vnius anni spatio insolitum passa tinnitum in capite, auris dexteræ auditum perdiderat, cui simul atque aliquid reliquiarum B. Patris imposuit, votumque nuncupauit. sic extenuandi corpus inedia die eius natali, vt cibos omnes præter panem & aquam excluderet, sumendæque postridie S S. Eucharistiæ, integram exinde sanitatem recepit.

Rursus eodem anno die Lunæ, qui dies fuit XIIII. Kal. Aug. P. Michael Vasquez religiosus Societatis Iesv professus, & studiorum collegij Romani præfectus, tanta doloris acerbitate lateris & renum conflictatus est, vt frigidus toto corpore sudor erumperet, & velut animam agens sensi-

busque

ἔβηττεν, ὥστε οὐχ ὅπως ἀναπνεῖν, ἀλλ' οὐδὲ θηλάζειν δύνασθαι. ἡ ἄρχουσα μήτηρ αὐτὴν τῷ πατρὶ Ἰγνατίῳ συστήσασα, ἐδεῖτο αὐτὸν τῇ θυγατρὶ τὴν πρόσθεν ὑγίειαν ἀνύσαι, καὶ τοῦ πάντας γνῶναι, ὅτι τοῦτο εὐεργέτημα παρ' αὐτοῦ ἔλαβε, διαπράξασθαι, ὥστε ἐν τῷ κορασίῳ αἰφνίδιον μεταβολὴν φανῆναι. θυγάτριον οὖν νύκτα καὶ ἡμίσειαν ἡμέραν ἄϋπνον γενόμενον, ἐν ἀκαρεῖ εἰς ὕπνον ἐνέπεσε, καὶ τῆς βηχὸς αὐτίκα ἀπαλλαχθὲν ὑπὸ τῆς τροφοῦ ἐθηλάσθη. ἡ δὲ ἄρχουσα μήτηρ τοῦ ἀπομνημονεῦσαι τὴν εὐεργεσίαν, ἐν τῷ τάφῳ τοῦ πατρὸς πίνακα ἀναθηματικὸν ἱδρύσασθαι ἐκέλευσε.

Τῷ αὐτῷ ἔτει Ἀγγέλη Ρουγγιέρα, σχεδὸν δι' ὅλου ἔτους ἀήθη ἠχὴν ἐν τῇ κεφαλῇ παθοῦσα, τὴν ἀκοὴν τοῦ δεξιοῦ ὠτὸς ἀπώλεσεν, ᾧ τινι λείψανόν τι τοῦ μακαρίου πατρὸς ἐπιθεῖσα, καὶ εὐχὴν ποιησαμένη τοῦ τὸ σῶμα ἐν τῇ γενέθλῃ αὐτοῦ τῇ ἀσιτίᾳ οὕτω τείρειν, ὥστε πάντα βρώματα πλὴν ἄρτου καὶ ὕδατος ἐκκλεῖσαι, καὶ τῇ ὑστεραίᾳ τὴν ἁγιωτάτην εὐχαριστίαν λαβεῖν, ἐκ τούτου ὅλης τῆς ὑγιείας ἐπέτυχε.

Πάλιν τῷ αὐτῷ ἔτει τῇ τῆς σελήνης ἡμέρᾳ, ἥτις ἦν ἐννεακαιδεκάτη τοῦ Ἰουλίου, ὁ πατὴρ Μιχαὴλ Βάσκιος ὁ τῆς ἑταιρίας τοῦ Ἰησοῦ ἐπαγγελτὴς, καὶ τῆς παιδείας τῆς ἐν τῷ συλλόγῳ Ῥωμαϊκῷ ἐπιστάτης, τοσαύτῃ νόσῳ τῆς πλευρᾶς καὶ τῶν νεφρῶν ἐλήφθη, ὥστε ὅλον τὸ σῶμα ψυχρὸν ἱδρῶτα ἱδρῶσαι, καὶ ὡς λειποψυχῶν καὶ ἀναισθητῶν

busque destitutus moriturus putaretur. Multa remedia leniendo malo adhibebantur, sed inani conatu: quinimo quò plura medicamenta fiebant, tantò omniũ iudicio maiora incrementa sumebat Igitur B. Patris reliquias afferendas ad se curauit, & magna religione atque ex intimo animi sensu eidem se coměndans, ad eam partem, quâ acrius torquebatur, admouit, & illinc omnis cedere dolor, aliasque partes inuadere quasi fugeret persequentem, quas cùm eædem illæ tangerent, ex illis etiam depellebatur, donec tandem vndequaque adhibitis ille in pristinam valetudinem restitutus est. Nam quarta vel quinta pòst hora, cruenta calculorum fragmenta, velut carnis particulis inuoluta sine sensu doloris eiecit. Sententia medicorum fuit, eum lapidem sacrorum pignorum virtute fuisse confractum, & quoniam acutus erat, pupugisse meatus atque læsisse. Aegrotus nulla interiecta mora repugnantibus multis, surrexit è lectulo. Eã enim morbi depulsionem non humanam, sed diuinam esse iudicauit, propterea absolutam atque perfectam, nec ex eo quidquam esse metuendum. Eidem Patri Michaeli Vasquez cura mandata fuerat agendi cum purpuratis Patribus ijs, qui ritibus ecclesiasticis præsunt, de Ignatio in nume-

rum

τελευτᾶν ἔδοξε. ἀλλὰ μὴν καὶ μετὰ τὴν πολλῶν φαρμάκων χρῆσιν, τοῦ τὴν νόσον θεραπεῦσαι, ἅπαξ πόνος μέγιστος ἦν· μενοῦν γε, ὅσῳ πλείους θεραπεῖαι ἐγίνοντο, τοσούτῳ μείζων ἡ νόσος κατὰ τὸ δοκοῦν πᾶσιν ἀπέβαινε. Διόπερ τὰ τοῦ μακαρίου πατρὸς λείψανα προσκομισθῆναι δεηθεὶς, καὶ σὺν μεγάλῃ εὐσεβείᾳ καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς ἑαυτὸν ἐκείνῳ συστήσας, αὐτὰ ἐκεῖσε προσήγαγεν, ὅπου μᾶλλον ἐδυσπάθησε· καὶ ἐκεῖθεν μὲν πᾶν ἄλγος παραχωρῆσαι, τὰ ἄλλα μέρη κατέλαβεν, ὥσπερ ἂν εἰ τὸν διώκοντα φύγοι, τῶν δὲ λειψάνων αὐτοῖς προσαχθέντων, κἀκεῖθεν ἀπώσθη, μέχρι οὗ τελευταῖον αὐτῶν πανταχοῦ ἐπιτεθέντων, ὁ πατὴρ ὅλως ἀνεῤῥάισε. μετὰ τὴν γὰρ τετάρτην ἢ πέμπτην ὥραν αἱματώδη κλάσματα τοῦ λίθου ὥσπερ τῆς σαρκὸς μέρεσιν ἐνειλημμένα ἀναλγήτως ἐξέβαλε. κατὰ τὴν γὰρ γνώμην τῶν ἰατρῶν ὁ λίθος τῇ τῶν ἁγίων λειψάνων δυνάμει κατεῤῥάγη, καὶ ὀξὺς ὢν, τοὺς πόρους κατανύξας ἐνέκαυσεν. ὁ νοσῶν, πολλῶν ἀπλεγόντων, ἀμελλητὶ ἐκ τῆς κλίνης ἀνέστη. ταύτην γὰρ τῆς νόσου ἄπωσιν οὐκ ἀνθρωπίνην, ἀλλὰ θείαν, καὶ διὰ τοῦτο τελείαν τε ἀκίνδυνον εἶναι ἐνόμισεν. ὁ αὐτὸς πατὴρ Μιχαὴλ Βάσκιος ἐπιστεύθη τὸ πράττειν πρὸς τοὺς Καρδιναλίους τοὺς θεσμοῖς τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἐπιστατοῦντας, περὶ τοῦ τὸν Ἰγνάτιον τοῖς

rum Diuorum adſcribendo: vt videri poſſit, Deus adeo ſubitum ei acutumque morbum immiſiſſe, vt ipſemet beneficium Patris expertus, impenſius ad ſtudium conſecrationis eius incumberet.

Rurſus alia matrona Romana cancro laborabat qui per alteram ſerpebat mammam, adeoque grauis erat, vt iudicio medicorum breui moritura videretur. Ea ad B. P. ſepulcrum cum oraret, eueſtigio ſenſit è cælo vim quandam ad ſe manare, & paucis diebus nulla facta medicina lues illa depulſa eſt, nullo etiam remanente veſtigio. Et vir quidem eius mulieris argenteam telam, mulier verò papillam item argenteam inauratam ſepulcro donarunt, in memoriam accepti beneficij ſempiternam.

Alia quædam Orintia Caſali prægnans, & cui nulla vitæ ſpes oſtendebatur, quod in vtero foetus eſſet extinctus, cum pectori chirographum B. Patris nomen appoſuiſſet, illicò mortuum onus effudit, incolumisque permanſit. Sed alia miracula edita Romæ prætermittamus, quorum penè infinita eſt copia; aliaſque prouincias Italiæ percurramus.

In agro Anconitano domus eſt Diuæ Mariæ Lauretanæ, in qua ſanctiſſima Virgo nata, æternumque Dei Verbum noſtrã

ſibi

ἁγίοις προσκλέψαι· ὥστε δοκοῦν τὸν θεὸν νόσημα οὕτως αἰφνίδιον καὶ δεινὸν εἰς αὐτὸν εἰσβαλεῖν, ἵνα τὸ τοῦ πατρὸς εὐεργέτημα γνωρίσας, ἐπιμελέστερον περὶ τῆς αὐιερώσεως αὐτοῦ σπουδάσῃ.

Πάλιν ἄλλη οἰκοδέσποινα Ῥωμαΐκὴ τῷ καρκινώματι εἴχετο, ὅ,τι ἤδη τὸν ἕτερον μαστὸν οὕτω δεινῶς κατέλαβεν, ὥστε κατὰ τὴν κρίσιν τῶν ἰατρῶν ἐν τάχει ἀποθανεῖν ἤμελλεν. αὕτη δὲ ἐπὶ τὸ μνημεῖον τοῦ μακαρίου πατρὸς προσευχομένη ᾔσθετο δύναμίν τινα οὐρανόθεν κατελθοῦσαν. καὶ ὀλίγαις ἡμέραις ἄνευ φαρμάκου ἡ ἐκείνη νόσος ἀπώσθη, μηδενὸς αὐτῆς ἴχνους καταληφθέντος. καὶ ὁ μὲν τῆς γυναικὸς ἀνὴρ ἀργυροῦν ὕφασμα, ἡ δὲ γυνὴ ἀργυροῦν μαστὸν ἐπικεχρυσωμένον εἰς τὴν τοῦ ληφθέντος εὐεργετήματος μνήμην αἰώνιον ἐδωρήσαντο.

Ἄλλη τις Ορεντία Κασαλία ἐγκύουσα, καὶ μηδεμίαν ἐλπίδα τοῦ βίου ἔχουσα, διότι τὸ κύημα ἐν τῇ κοιλίᾳ διεφθάρη, ἡνίκα τῷ αὐτῆς στήθει τὸ τοῦ μακαρίου πατρὸς χειρόγραφον ὄνομα ἐπέθη, παραχρῆμα τὸ φορτίον θνητὸν ἐξέχευσε σώα διαμείνασα. καίτοι ἄλλα θαύματα ἀναρίθμητα, ἐν τῇ Ῥώμῃ γενόμενα παραλιπόντες, ἄλλας ἐπαρχίας τῆς Ιταλίας διέλθωμεν.

Ἐν τῇ χώρᾳ τοῦ Ἀγκῶνος οἰκία ἐστὶ τῆς ὁσίας Μαρίας Λαυρεντιάας, ἐν ᾗ ἁγιωτάτη παρθένος ἐτέχθη, καὶ ὁ αἰώνιος λόγος τοῦ θεοῦ τὴν

sibi humanitatem induxit, ibi puer natus annos sex in grauissimum morbum incidit, cumque iam medici desperauerant, cùm porrecta illi particula tunicæ B. Ignatij, eoque suppliciter inuocato, momento conualescit, neque vires pristinas vlla ex parte desiderat.

Mulier Recanati, quod oppidum milliario distat Laureto, grauissima febri exæstuans, etiam ex stomacho cùm vehementissimè laboraret, B. Patri supplicauit, & mox febris remisit omnisque doloris acerbitas.

Adolescens de vita periclitabatur, magna sanguinis continenter è naribus fluente copia; at qui nullo remedio sisti poterat, eum reliquiæ Patris suo contactu represserunt.

Mulieri extremo dolore cruciatæ mammillarum, propter vlcus innatum, eædem adhibitæ reliquiæ saluti fuerunt.

Eadem in vrbe Horatius Leopardus vir nobilis, anno c I Ↄ. I Ↄ. XCIX, mense Octobri, calculi oppressus doloribus, & obstructis, obturatisque meatibus illis, quibus humor à renibus & vesica profunditur, in summum vitæ discrimen incidit, & iam humana nulla remedia suppetebant. Igitur sanctissimæ Virgini supplicauit, vt B. Ignatij meritis curaretur, simulq; Patris patroci-

ἀνθρωπότητα ἡμῶν ἐνεδύσατο· ἐκεῖ παιδίον δὲ ἔτη γεγονὸς, χαλεπωτάτῃ νόσῳ ληφθὲν, καὶ παρὰ ἰατρῶν ἀπογνωσθὲν, περιτεθειμένης αὐτῷ μερίδος τοῦ χιτῶνος τοῦ μακαρίου Ἰγνατίου, καὶ αὐτοῦ ἱκετικῶς ἐπικεκλημένου, ἐν ἀκαρεῖ ἀνέῤῥωσε, τῆς πρόσθεν εὐρωστίας μηδαμῶς ἀποστερηθέν.

Ἐν τῷ Ῥεκανάτῳ, ὃ πόλισμα τοῦ Λαυρέτου ἓν μιλιάριον ἀπέχει, γυνὴ δεινῶς πυρέττουσα καὶ κακοστόμαχος οὖσα, τὸν μακάριον πατέρα ἱκέτευσε, καὶ παραυτίκα ὁ πυρετὸς, καὶ πᾶσα δεινότης τοῦ ἄλγους παρήκμασε.

Νέος τις διὰ τὴν μὲν τοῦ αἵματος συνεχῆ καὶ μεγάλην ἐκροὴν τὴν ἐκ τῶν ῥινῶν, περὶ τοῦ βίου ἐκινδύνευσε· τὴν δὲ αἱμόῤῥοιαν μηδεμιᾶς θεραπείας παύειν δυναμένην, τὰ τοῦ πατρὸς λείψανα τῇ αὐτῶν ψηλαφήσει ἐπέσχε.

Γυναῖκα, διὰ τὸ ἐγγινόμενον ἕλκος ἐσχάτως τοὺς μαστοὺς ἀλγοῦσαν, ταῦτα λείψανα προσενεχθέντα ἐθεράπευσεν.

Ἐν τῇ αὐτῇ πόλει ὁ Ὡράτιος Λεόπαρδος, ἀνὴρ εὐγενὴς, ἔτει αφ' ϛθ', τῷ μηνὶ τοῦ Ὀκτωβρίου λιθιάσας, ἐμφραγέντων καὶ ἐπικλεισθέντων τῶν πόρων, δι' ὧν ἡ ἰκμὰς ἀπὸ τῶν νεφρῶν καὶ τῆς κύστεως ἐκχεῖται, τὸν ἔσχατον κίνδυνον ἐκινδύνευσε, μηδεμιᾶς ἀνθρωπίνης ἰάσεως ἤδη περιγινομένης. Διόπερ τὴν ἁγιωτάτην παρθένον ἱκετεύσας τοῖς τοῦ μακαρίου Ἰγνατίου ἀξίαις θε-

trocinium implorauit: res mira, ipso temporis momento mitigatur doloris acerbitas, vrinam effundit, modicoque interuallo granorum arenæ copiam, & lapidum frusta; nec vllum denique remansit morbi vestigium.

Ibidem eodem anno & mense Lucandia, Pompeij Georgij coniux, quam quintum iam mensem inualetudo grauissima cordisque palpitatio iactarat, particulæ vestis eiusdem appositione sanata est. Eadem mulier cùm esset nonum mensem grauida, fluxissentq; illi non minus quam viginti sanguinis libræ, ita debilitata est, vt quodammodo sensus amitteret, salutem tamen suam vt potuit, B. Patri commendauit, quo facto & fluxus ille sanguinis stetit, & illa ad se redijt. Nec ita magno interuallo cum prorsus eniti non posset; rursus inuocato Ignatio extinctum sine dolore fœtum emisit, incolumis.

Maceratæ, quod oppidum tribus ferme milliarijs à Laureto disiunctum est, mense Nouembri, anno CIↃ.IↃ.XCIX. Dominæ Elisabethæ Moronæ, quæ eiusdem vrbis Episcopi neptis est, animam agenti sine spe longioris vitæ Pater apparuit, eique valetudinem illico restitutum iri promisit, simul iussit eam è lecto surgere, Deoq; pro reddita sibi sanitate gratias agere.

Neapoli

ἐμπνευσθῆναι, ἅμα τὴν τοῦ πατρὸς συνηγορίαν ἐπεκαλέσατο. καὶ ἰδοὺ θαῦμα· ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ ἡ τοῦ ἄλγους σφοδρότης πραΰνεται, καὶ αὐτὸς εὑρήσας μετ' ὀλίγον τὸ ψαμμίων πλῆθος καὶ κλάσματα λίθων ἐξέχεε, καὶ μηδὲν ὕστερον ἐκ τοῦ νοσήματος κατελείφθη.

Αὐτόθι τῷ αὐτῷ ἔτει καὶ μηνὶ ἡ Λουκανδλία τοῦ Πομπηΐου Γεωργίου γυνή, ἣν ἤδη πέμπτῳ μηνὶ νόσος δεινοτάτη καὶ τῆς καρδίας παλμὸς ἐκάκωσε, μορίῳ τῆς ἐσθῆτος τοῦ μακαρίου Ἰγνατίου ἐπιτεθέντι ἰάθη. ἡ αὐτὴ γυνὴ ἐννέα μῆνας ἔγκυος γενομένη, καὶ περὶ εἴκοσι λίτρας τοῦ αἵματος ἐκχέασα, οὕτως ἠσθένησεν, ὥστε πως ἀναισθητῆσαι· αὐτῆς δὲ τὴν σωτηρίαν αὐτῆς, καθ' ὅσον ἠδύνατο, τῷ μακαρίῳ παρακαταστησάσης, ἥ τε αἱμόῤῥοια ἐκείνη ἐπέστη, καὶ αὐτὴ αὐτὴν ἀνέλαβε. βραχὺ δὲ ὕστερον οὐχ οἷα τε οὖσα τεκεῖν, πάλιν ἐπικαλέσασα τὸν Ἰγνάτιον, τὸ κύημα ἀποθανοῦν ἀνωδύνως σῶα τέτεχεν.

Ἐν τῇ Μακερέτῃ, πολίσματι ὡς τρία μιλιάρεια τοῦ Λαυρήτου ἀπέχοντι, τῷ τοῦ Νοεμβρίου μηνί, ἔτει α φ' ϛ θ', τῇ δεσποίνῃ Ἐλισάβετ Μαρώνῃ τῇ τοῦ ἐπισκόπου τῆς αὐτῆς πόλεως ἀδελφιδῇ ἄνευ ἐλπίδος τοῦ πολυχρονιωτέρου βίου ἤδη λειποψυχησάσῃ ὤφθη ὁ πατήρ, καὶ τὴν ὑγίειαν εὐθέως ἐσομένην ὑποσχόμενος, αὐτὴν ἐκ τῆς κλίνης ἀναστῆναι, καὶ ἅμα τῷ θεῷ ὑπὲρ τῆς ἀποδοθείσης εὐεργεσίας εὐχαριστῆσαι, ἐκέλευσεν.

Neapoli menſe Iunio, anno CIↃ. IↃ.XCIX. Domina Ioanna Aragonenſis, Princeps Caſtri Bertrandi, Dux Terrænouæ grauiſſimis preſſa incommodis dextera intumeſcente mammilla, adhibitiſque nequidquam ſpatio quatuor menſium multis medicamentis, ad aliud remedium confugit, imaginem Patris magna in ipſum pietate fiduciaque mammillis adiunxit, & eodem die tumor omnis dolorque abſceſſit. Anno igitur ſæculari ſacro CIↃ. IↃ. C. Romam profecta gratias egit, & ſepulcro B. Patris argenteam tabulam & quatuor cereos apponendos curauit.

Nolæ anno CIↃ. IↃ. XCIX. menſe Nouembri, Franciſcus Blaſius, vir nobilis, peſtilente febri vexatus, ad quam accedebant intolerabiles capitis & ſtomachi dolores, iudicioq; medicorum de vita periclitans: admonitus à matre Zenobia Tolfia, B. Patris officulum ad caput applicauit, eoque inuocato omni ſenſu doloris, & incommodo liberatus eſt.

Lecci ciuitate Apuliæ in regno Neapolitano fœmina, Patientia nomine, Dominæ Antoninæ Cubellæ famula, adeo crudeli lateris dolore correpta eſt, vt deſperata vita tantum non ei ſepulcrum effoderetur. Allata interim ſunt illi ſacra pignora B. Patris Ignatij: quibus applicitis, ſua-

Ἐν τῇ Νεαπόλει μηνὶ τοῦ Ἰουνίου, ἔτει α φ' ς θ', δέσποινα Ἰωάννη Ἀραγοναία, ἄρχουσα Κάστρου τοῦ Βερτράνδου, καὶ ἡγεμὼν τῆς λεγομένης νέας γῆς, ἐκ τῆς ἀνοιδήσεως τοῦ δεξιοῦ μαστοῦ δεινότατα κακοπαθήσασα, καὶ τέσσαρας μῆνας πολλοῖς φαρμάκοις μάτην χρησαμένη, τελευταῖον πρὸς ἄλλην θεραπείαν κατέφυγε. τὴν γὰρ εἰκόνα τοῦ πατρὸς σὺν μεγάλῃ πρὸς αὐτὸν εὐσεβείᾳ καὶ πεποιθήσει προσαγαγοῦσα, αὐθήμερον παντὸς οἰδήματος καὶ ἄλγους ἀπηλλάγη. ἔτει τοίνυν αἰωνίῳ ἱερῷ α φ' χ', εἰς τὴν Ῥώμην πορευθεῖσα ηὐχαρίστησε, καὶ τῷ μνημείῳ τοῦ μακαρίου πατρὸς ἀργυροῦν πίνακα, καὶ τέσσαρας κηροὺς ἐπιτεθῆναι προσέταξεν.

Ἐν τῇ Νώλῃ, ἔτει α φ' ς θ', μηνὶ Νοεμβρίῳ, ὁ μὲν Φραγκίσκος Βλάσιος, ἀνὴρ εὐγενὴς ὀλεθρίως πυρέττων, καὶ ὑπερελθούσης ἀφορήτου κεφαλαλγίας καὶ κακοστομαχίας, κατὰ τὴν τῶν ἰατρῶν γνώμην τοῦ ζῆν ἐκινδύνευσεν· ὑπομνησούσης δὲ τῆς μητρὸς Ζηνοβίας Τολφίας, ἐσώρελον τοῦ μακαρίου πατρὸς τῇ κεφαλῇ ἐπιθεὶς, καὶ αὐτὸν ἐπικαλέσας, πάσης ὀδύνης καὶ κακοπαθείας ἀπολέλυται.

Ἐν τῷ Λίκκῳ πόλει τῆς Ἀπουλίας ἐν τῇ τῆς Νεαπόλεως βασιλείᾳ, γυνὴ, ὀνόματι Παπινία, τῆς δεσποίνης Ἀντωνίνης Κυβέλλης παιδίσκη, τοσαύτῃ πλευρίτιδι ἐλήφθη, ὥστε ἀπεγνωσμένου τοῦ βίου, μόνον οὐχὶ τὸν τάφον ὀρυχθῆναι. ἐν τῷ δὲ μεταξὺ τὰ ἱερὰ λείψανα τοῦ μακαρίου πατρὸς Ἰγνατίου προσενεχθέντα, ἃ ἐπιτεθέντα, εἰς

ὕπνον

uem in somnum incidit, quem ante capere nullo modo poterat, in quo & eundem P. vidit veste sacerdotali indutum, cui ille, filia, inquit, à Deo opem pete: nam ex morbo sanam te faciet: qua voce audita, mox valens lætaque surrexit.

In eodem oppido puer trimulus, Baronis Beglibonis filius, è sinu nutricis fortuitò excussus in terram, eo casu dexterũ crus grauiter offendit, quem lapsum quia nutrix sibi metuens parentes celauerat, adeo exulceratum est malum, vt puero semel & iterum, irrito quidem labore, crus fuerit incidendum. Porro cum tertiam incisionem experiri periculosum videretur, pater filio metuens, quem febri ac vulnere deficientem videbat, ad collegium Societatis confugit, reliquias B. Patris accepit, addiditque infanti. Interea chirurgi crus tertiò rescindere parati, puerum meliori loco deprehenderunt, qui paucis diebus, curato vulnere, omni est periculo liberatus.

Pater è Societate Natalis Masuca nauigans in Siciliam captus est à Turcis, ac sæua tempestate coorta fluctibus absorberi timuit, at fidem B. Patris obrestatus, protinus hanc vocem audiuit: Esto securus, nec enim hac tempestate mergeris, nec deueheris ad Turcas. Itaq; tempestas sedata,

nauigia-

ὕπνον ἡδέα κατηνέχθη, οὗ πρότερον τυχεῖν μηδαμῶς ἠδύνατο, ἐν ᾧ τὸν αὐτὸν πατέρα ἐσθῆτα ἱερατικὴν ἐνδεδυμένον ἑώρακεν· ὃς αὐτῇ εἶπε, θύγατερ, τοῦ θεοῦ τὴν βοήθειαν δεήθητι, ἐκ τῆς γὰρ νόσου σε ἰάσεται. ἧς φωνῆς ἀκούσασα, εὐθέως ὑγιὴς καὶ εὔθυμος ἀνέστη.

Ἐν τῷ αὐτῷ πολίσματι παῖς τριέτης, υἱὸς τοῦ Βάρωνος Βελγίβωνος, ἐκ τοῦ τῆς τροφοῦ κόλπου τύχῃ εἰς τὴν γῆν ἐκπεσών, δεινῶς τὸ δεξιὸν σκέλος ἐβλάβη. καὶ ἡ μὲν τροφὸς περὶ ἑαυτῆς φοβηθεῖσα τὸ συμβεβηκὸς τοὺς γονεῖς ἔκρυψε· τὸ δὲ κακὸν οὕτως ηὐξήθη, ὥστε δεῖν τῷ παιδὶ τὸ σκέλος, καίπερ μάτην, δὶς ἐπιτεμεῖν. δόξαν δὲ αὐτοῖς ἐπικίνδυνον εἶναι τὴν τρίτην τομὴν πειρᾶσθαι, ὁ πατὴρ περὶ τοῦ υἱοῦ δεδιώς, ὃν ἐκ τοῦ πυρετοῦ καὶ τραύματος ἐξασθενοῦντα ἔβλεψε, πρὸς τὸν σύλλογον τῆς ἑταιρίας κατέφυγε, καὶ τὰ λείψανα τοῦ μακαρίου πατρὸς δεξάμενος, αὐτὰ τῷ βρέφει ἐπίθη. ἐν τῷ μεταξὺ οἱ χειρουργοὶ ἐπιμαθόντες τὸν παῖδα τὸ τρίτον τεμεῖν, αὐτὸν ῥᾷον ἔχοντα εὗρον, ὃς ὀλίγαις ἡμέραις, τοῦ τραύματος θεραπευθέντος, ἐκ παντὸς κινδύνου διεσώθη.

Ὁ Νατάλιος Μασούκας πατὴρ τῆς ἑταιρίας, ἐν τῷ ἀποπλεῖν εἰς τὴν Σικελίαν ὑπὸ τῶν Τούρκων ἐλήφθη, καί, δεινοῦ χειμῶνος γινομένου, καταποντισθῆναι φοβηθείς, τὴν τοῦ μακαρίου πατρὸς βοήθειαν ἐπεκάλεσεν, εὐθέως δὲ ζώσης τῆς φωνῆς ἤκουσε· θάρρει, οὐ γὰρ τούτῳ χειμῶνι καταποντισθήσῃ, οὐδὲ παρὰ τοὺς Τούρκους κατασχεθήσῃ. ὁ τοίνυν χειμὼν αὖ ἐπαύ-

nauigiaqueTurcarum apud insulam Lampadulam à Christianis erepta sunt: sic ille duplici piratarum & maris periculo ereptus portum tenuit.

Palermæ vrbe Siciliæ, Cosmas Ferier tertium agens ætatis annum medici celeberrimi filius, tanta febri ac dysenteria pressus fuit, vt pater eius vitam desperans funebrem pompam appararet, sed ei admoto vestis sacerdotalis, quæ B. Ignatij corpus attigerat, frustulo, repentè morbo leuari cœpit, & patre domesticisque mirantibus ac exultantibus, eodem die nullas amplius eius morbi reliquias sensit. Sed omittamus Italiam ac Siciliam, ad Hispaniamque veniamus.

Anno CIↃ.IↃ LXX. vel LXXI. Toleti hyberno quodam die sub noctem fœminam quandam nomine Vegam, è familia Alfonsi Villeregalis Duron, & Mariæ Torres vxoris eius, tantus lateris dolor inuasit, vt medici eadem nocte eam confiteri, sacram Eucharistiam percipere, testamentum facere iuberent, ante lucem morituram existimantes. Hoc vt audiuit vir honestus Ioannes Mesa Alfonsi Villeregalis amicus, supplex ad Deum accessit, & duo fragmenta, vnum linei pileoli, alterum corij quo stomachum P. Ignatius tegere, & ipse Ioannes Mesa ferre secum religiosè sole-

σαντο, καὶ τὰ πλοῖα τῶν Τούρκων παρὰ τὴν νῆσον Λαμ-
πάδουσαν ὑπὸ τῶν χριστιανῶν ἀφῃρέθη. καὶ τοῦτον τρό-
πον αὐτὸς διπλοῦ κινδύνου, τοῦ τε τῶν πειρατῶν, καὶ τοῦ
χειμῶνος ἀπαλλαχθεὶς ἐλιμένισεν.

Εν Πανόρμῳ τῆς Σικελίας πόλει, ὁ Κοσμᾶς
Φιριγγέλος τριέτης περιβοήτου ἰατροῦ υἱὸς, τοσούτῳ
πυρετῷ καὶ δυσεντερίᾳ ἐνόσησεν, ὥστε ὁ πατὴρ αὐτοῦ
τοῦ ζῆν ἀπελπίσας, τὰ τῆς κηδείας παρασκευάζε-
σθαι προσέταξε. προσαχθέντος δὲ αὐτῷ μορίου τοῦ ἐ-
σθῆτος ἱερατικῆς τῆς τοῦ σώματος τοῦ ἁγίου Ιγνατίου
ἀψαμένης, ἐξαίφνης τῆς νόσου κουφισθῆναι ἤρξατο.
καὶ τοῦ πατρὸς καὶ τῶν οἰκείων θαυμαζόντων καὶ ἀγαλ-
λιωμένων, αὐθήμερον μηδὲν ἐκ τῆς ἀῤῥωστίας ἤσθετο.
ἀλλὰ παραλιπόντες τὴν Ιταλίαν καὶ Σικελίαν,
εἰς τὴν Ισπανίαν ἔλθωμεν.

Ετει α φ' ο, ἢ ο α, ἐν τῷ Ταλήτῳ, ἡμέρᾳ τινὶ
χειμερινῇ περὶ τὴν νύκτα γυναῖκά τινα ὀνόματι
Βίγαν, ἐκ τῆς οἰκίας τοῦ Αλφόνσου Βιλλεγηγαλίου
Αὔραντος, καὶ τῆς Μαρίας Τοῤῥαίας τῆς αὐτοῦ γυναι-
κὸς, τοσαύτη πλευρῖτις κατέλαβεν, ὡς οἱ ἰατροὶ τῇ
αὐτῇ νυκτὶ ἐκείνῃ ὁμολογεῖν, καὶ κοινωνεῖν, καὶ
διαθήκην ποιεῖσθαι ἐκέλευσαν, νομίζοντες αὐτὴν πρὸ
τῆς ἡμέρας μέλλειν ἀποθανεῖν. γινομένου δὲ τούτου ἀνὴρ
ἀσκληαῖος ὁ Ιωάννης Μήσας τοῦ Αλφόνσου
Βιλλεγηγαλίου φίλος, τὸν θεὸν ἱκέτευσε, καὶ
δύο κλάσματα, τὸ μὲν τοῦ πιλίσκου λινοῦ, τὸ
δὲ τοῦ δέρματος, ᾧ ποτε τὸν στόμαχον ὁ πα-
τὴρ Ιγνάτιος σκέπων, καὶ ὁ Ιωάννης Μήσας

ἔλαβε.

ſolebat, ad ægrotæ mulieris latus applicuit, eoque contactu morbum depulit. Et ah, inquit illa, Domine Ioannes de Meſa, quid mecum actum eſt? quid eſt quod mihi tam repente omnem dolorem abſterſit?

In vrbe Burgenſi, Domina Franciſca Bernui religioſa profeſſa cœnobij S. Dorotheæ, ſingulari virtute mulier & admodum ſolitaria, magno cruciatu calculi pleuritidiſque confecta, patrocinio B. Patris adiuta, vnius añi ferè ſpatio pluſquam centum calculos maiores minoreſue ſine ſenſu doloris eiecit.

Anno verò CIↃ. IↃ. XCIII. rupta quâdam pectoris vena, ſanguis eidem per os effluens ſiſti non poterat, donec tandem eius ſacci particula, quem Pater in Monteſerrato primum induit, cùm ſuum pauperi veſtitum daret, in ſinum recepta, repentè fluxus ille ſanguinis repreſſus eſt, & ipſa libera incolumiſque permanſit.

Domina Ioanna Gangora, ſacra virgo è conuentu de Huelgas, morbo languida, diploma Sedis Apoſtolicæ quærebat, quo cœnobio ſibi liceret exire ad curandam valetudinem. Interim ad B. Ignatij patrocinium confugit, poſitaque ante oculos ipſius Patris imagine priſtinas vires ita reuocauit, vt litteris Apoſtolicæ Sedis nihil ſibi opus eſſe iudicaret.

Maria

εὐλαβείας ἕνεκα βαστάζειν εἴωθε, τῇ τῆς νοσούσης γυναικὸς πλευρᾷ προσαγαγὼν τῇ συναφείᾳ τὸ νόσημα ἠλεξήσατο, ἡ δὲ ἔφη· ὦ κύριε Ἰωάννη Μηστεῦ, τί μοι συνέβη; τί ἐστιν, ὅτι ἐμοὶ ἅπαν ἄλγος οὕτως αἰφνιδίως ἀνεσπάσατο;

Ἐν Βούργῃ τῇ πόλει, ἡ κυρία Φραγκίσκη Βερνυία, τοῦ τῆς ἁγίας Δωροθέας κοινοβίου μονάστρια, ἐπαγγειλαμένη ἐπ' ἀρετῇ καὶ φιλερημίᾳ εὐδόκιμος, μεγάλῃ ἀλγηδόνι τῆς λιθιάσεως καὶ πλευρίτιδος ἐκπονηθεῖσα, τῇ τοῦ μακαρίου πατρὸς συνηγορίᾳ βοηθηθεῖσα σχεδὸν ἐντὸς ἔτους ἑνὸς, πλείους ἢ ἑκατὸν λίθους μεγάλους ἢ μικροὺς οὕτως ἀναλγήτως ἐξέβαλεν.

Ἔτει δὲ αφ´ ϟγ´. φλεβός τινος τοῦ στήθους τῇ αὐτῇ ῥαγείσης, τὸ αἷμα διὰ τοῦ στόματος ἐκρέον, ἐπισχεθῆναι οὐκ ἠδυνήθη, μέχρις οὗ μορίου τοῦ σάκκου, ὃν ὁ πατὴρ ἐν τῷ Μοντισερράτῳ πρῶτον, ὅτε τῷ πτωχῷ τὰ ἐσθήματα αὐτοῦ ἔδωκεν, ἐνεδύσατο, ἐγκολπισθέντος, ἐξαίφνης ἐκείνη αἱμόρροια ἐπίστη, καὶ αὐτὴ παντελῶς ἐσώθη.

Ἡ κυρία Ἰωάννη Γαγγάρα, τοῦ μοναστηρίου Οὐελαγασίου ἀσκήτρια νοσοῦσα, τῆς Ἀποστολικῆς καθέδρας δίπλωμα ᾔτει, δι' οὗ ἂν αὐτῇ ἐξῆν, θεραπείας ἕνεκα τοῦ κοινοβίου ἐξιέναι. ἐν τῷ δὲ μεταξὺ πρὸς τὴν τοῦ μακαρίου Ἰγνατίου βοήθειαν κατέφυγε, καὶ τὴν αὐτοῦ εἰκόνα τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑποβαλοῦσα, οὕτως ἐρράϊσεν, ὡς τὰ τῆς Ἀποστολικῆς καθέδρας γράμματα αὐτῇ οὐκ ἀναγκαῖα ἐνόμισε.]

Μαρία

Maria Auala è Franciscana familia, grauibus animi molestijs torquebatur. Ei cõsilium datum, vt ad B. Ignatium recurreret, propterea quod is esset, qui ægritudinem animi curare posset. Orationi igitur insistens, Ignatij nomen oblita, dicebat: O Sancte Athanasi mihi diuinam opem impetra, vt his quæ patior malis eripiar. Cùm hæc diceret, hanc vocem audiuit: Non Athanasius vocatur, sed Ignatius. Esto animo secura, nam eo pro te Deum rogante, expetitam sanitatem recipies, quod & factum est.

Lanzarotus Ruffinus natione Belga, varis laborans, à medicisque desperatus, chirographo B. P. accepto ad perfectam valetudinem redijt, & surrexit è lecto, stupefactis medicis, atque ijs omnibus qui periculum nouerant. Affectus est eodem beneficio Dominus Lopes de Castro, nepos Dominæ Eleonoræ Gallæ Antistitæ cœnobij S. Dorotheæ, de cuius vita cùm medici Burgenses & Vallisoletani spem perdidissent, ad B. Ignatium tanquam asylũ confugit, vouitq; certam pecuniam egentibus se daturum, quo facto pristinam valetudinem recepit & confirmauit.

Franciscus Ortiz pastor ecclesiæ S S. Petri & Felicis vrbis Burgensis, biennium acerbam vexationem pertulerat ad crura

junctu-

Μαρία Ἀβαλα, ἐκ τῆς τοῦ ἁγίου Φραγκίσκου τάξεως, εἰς δεινὴν ἀθυμίαν ἐνέπεσε. ταύτῃ συμβουλευσάσῃ πρὸς τὸν μακάριον Ἰγνάτιον, τὴν τοιαύτην λύπην ἰάσασθαι δυνάμενον καταφυγεῖν. ἐν τῷ δὲ τῇ προσευχῇ προσκαρτερεῖν, ἀμνημονούσῃ τοῦ ὀνόματος τοῦ Ἰγνατίου εἶπεν· ὦ ἅγιε Ἀθανάσιε, τὴν τοῦ θεοῦ βοήθειάν μοι ἄνυσον, τοῦ τῶν κακῶν, ἅ τινα πάσχω, ἀπαλλαγῆναι. ταῦτα δὲ λεγούσῃ ταύτης φωνῆς ἤκουσεν· οὐκ Ἀθανάσιος, ἀλλ' Ἰγνάτιος ὀνομάζεται· εὐθύμει, αὐτοῦ γὰρ ὑπὲρ σοῦ τὸν θεὸν προσευχομένου, τὴν ἐπιπόθητον ὑγίειαν ἀναλήψῃ· ὅ, τι καὶ ἐγένετο.

Λαυζάρατος Ρουφῖνος τὸ γένος Βέλγης, τοῖς ἐκβρέσμασι νοσῶν, καὶ ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ἀπεγνωσμένος, τὸ χειρόγραφον τοῦ μακαρίου πατρὸς λαβών, πάντως ἰαθεὶς ἐκ τῆς κλίνης ἀνέστη, τῶν ἰατρῶν, καὶ τῶν ἄλλων τὸν κίνδυνον εἰδότων, ἐκπλαγέντων.

Τῆς αὐτῆς εὐεργεσίας ἐπέτυχεν ὁ κύριος Λοπήσιος ἀπὸ τοῦ Κάστρου, ἀδελφιδοῦς τῆς κυρίας Ἐλεονόρας Γάλλης ἐπιστάτιδος τοῦ κοινοβίου τῆς ἁγίας Δωροθέας, οὗ τινος σωτηρίαν ἀπελπισάντων τῶν ἰατρῶν Βουργαίων καὶ Βαλλισολητανῶν, πρὸς τὸν μακάριον Ἰγνάτιον, ὥσπερ πρὸς ἄσυλον διαφυγὼν, ἐπηύξατο τεταγμένον ἀργύριον τοῖς πτωχοῖς δώσειν· τούτου δὲ γενομένου, ἀπὸ τῆς νόσου ἐπερρώσθη.

Φράγκισκος Ορτίζιος, πάροχος τῆς ἐκκλησίας τῶν ἁγίων Πέτρου καὶ Φήλικος τῆς πόλεως Βούργης, ὢν ποῦ τὴν ἔνπορον ὑγρότητα

συνεχῶς

iuncturasque defluente continenter humorum copia, sed eundem B. Patrem supplex adijt, & perfectam eius incommodi leuationem est consecutus.

Sacerdos ex Augustiniana familia vir grauis, & è conuentu Burgensi, pridi Id. Nouemb. anno CIↃ. IↃ.XCIX. in diœcesi Burgensi confessionem audiuit filiæ Ioannis Gomez pagani hominis puellæ duos & viginti annos natæ, ardenti febri & peste laborantis. Hortatus porro & illam vt quãto posset maximo affectu se B. commendaret Ignatio, vnaque imagine ipsius ei in sinum data, omnis subitò lues ac febris euanuit.

Ciues plerique Burgenses eadem lue correpti, haurientes aquam, in quam immersum fuerat B. Patris ossiculum, supplicantes pristinam firmitatem sunt consecuti. Ipsemet etiam Franciscus Ortiz, pastor ecclesiæ S S. Petri & Felicis eiusdem vrbis, permultos hac ratione fuisse sanatos, eisque hoc potionis genus se propinasse testatur. Humanis enim remedijs deficientibus ad diuina confugit. Nec verò obscurum id fuit, sed tota vrbe vulgatum. Quin Baccalaureus ipse Santius Cantabranensis, pastor ecclesiæ S. Stephani, eodem beneficio se vsum esse confirmat. Nam contagione & acerrima tertiana vehemen-

συνεχῶς καταῤῥεῖν εἰς τὰ σκέλη καὶ ἄρθρα, δύο ἔτη
δεινῶς νοσήσας, τὸν αὐτὸν μακάριον πατέρα ἱκέ-
τευσε, καὶ τοῦ τῆς κακοπαθείας τελείου κουφισ-
μοῦ ἐπέτυχεν.

Ἱερεύς τις, σεμνὸς ἀνὴρ, ἐκ τῆς τοῦ ἁγίου Αὐγουστί-
νου τάξεως, καὶ τοῦ μοναστηρίου τοῦ ἐν Βούργῃ, τῇ ιϛʹ
τοῦ Νοεμβρίου, ἔτει α φʹ ϛ θʹ, ἐν τῇ τῆς Βούργης διοι-
κήσει, ἤκουσεν ὁμολογήσεως τῆς θυγατρὸς τοῦ Ἰωάν-
νου Γυμνησίου κωμίτου, παιδίσκης ἐτῶν εἰκοσιδύο,
πυρεττούσης καὶ λοιματτούσης. παραινέσαντος δὲ
αὐτοῦ τῷ μακαρίῳ Ἰγνατίῳ σὺν εὐσεβείᾳ, ὡς ἠ-
δύνατο, μεγίστῃ ἑαυτὴν συστῆσαι, καὶ μίαν εἰκόνα
αὐτοῦ εἰς τὸν κόλπον παραδοῦντος, ἐξαίφνης πᾶς
λοιμὸς καὶ πυρετὸς ἠφανίσθη.

Πάμπολλοι πολῖται τῆς Βούργης τῇ αὐτῇ νόσῳ
καταληφθέντες, πιόντες ὕδωρ, ᾧ ὀστάριον τοῦ μα-
καρίου πατρὸς ἐνεβάφθη, καὶ ἱκετεύσαντες τῆς πρόσ-
θεν ὑγιείας ἐπέτυχον. πρὸς ἔτι ὁ αὐτὸς Φραγκί-
σκος Ὀρτίζιος, πάροχος τῆς ἐκκλησίας τῶν ἁγίων
Πέτρου καὶ Φήλικος τῆς αὐτῆς πόλεως, πλεῖστους τοῦ-
τον τὸν τρόπον θεραπευθῆναι, καὶ ἑαυτὸν αὐτοῖς ταύ-
την τὴν πόσιν προσπιεῖν ἐμαρτύρησε. τῶν γὰρ ἀνθρω-
πίνων φαρμάκων ἀπολειπόντων πρὸς τὰ τοῦ θεοῦ
διέφυγε. καὶ τοῦτο οὐκ ἀσαφῶς εἶχεν, ἀλλ᾽ ἐν πάσῃ
τῇ πόλει τεθρύλληται. ἔτι δὲ αὐτὸς Βακκαλάυρεος
Σάντιος Κανταβρανᾶος, πάροχος τῆς ἐκκλησίας
τοῦ ἁγίου Στεφάνου, τοῦ αὐτοῦ εὐεργετήματος
αὐτὸν μεταχεῖν διεβεβαιώσατο. λοιμῷ γὰρ καὶ πυ-

menter afflictus eam aquam hausit, Ignatiumque precatus melius habuit.

Eandem bibit & Abel à Turre, ecclesiæ S. Stephani eiusdem vrbis parochus, sibi propinatam à matre, cùm eadem esset peste correptus, statimque epoto poculo liberatus est.

Madriti P. Michael Garses, religiosus Societatis Iesv professus, ex oculo dextero laborabat, acutissimoque pungebatur dolore, copioso acrique humore eum obruente. Nec incisione venæ, nec vllis remedijs leuabatur: quinimò quò plura adhibebantur, eò magis ingrauescere malum absque vlla quietis intermissione, videbatur. Tandem V. Id. Sept. anno CIↃ. IↃ. XCVI. cùm in summo cruciatu dolorum eius oculi fuisset à prima luce in vesperam, P. Bartholomęus Perez misericordia motus, tradidit ei Ignatij nomen ipsius auctoris manu conscriptum, & ad oculum iussit adiungi. Sperabat enim lenitum iri dolorem, vt exploratum iam erat in multis, qui ad eius opem confugerant. P. igitur Garses humi genua posuit, preces concepit, oculum nomine contigit tum cùm acerbissimus vrgeret dolor, & eo ipso puncto temporis restituta sanitate lætatus est. Cubitum discessit, soporatus noctem suauiter duxit, è lecto postridie mane surrexit,

templum

ρίτῳ τριταίῳ δεινῶς ἐχόμενος· τὸ αὐτὸ ὕδωρ ἔπιε, καὶ τοῦ Ἰγνατίου δεηθεὶς ἀνέλαβε.

Ταυτὸ ἔπιε καὶ ὁ Ἄβελ ἀπὸ τοῦ πύργου, τῆς τοῦ ἁγίου Στεφάνου ἐκκλησίας ἐν τῇ αὐτῇ πόλει πάροχος, ὃ ἡ μήτηρ αὐτοῦ αὐτῷ λοιμώττοντι προὔπιε, καὶ ἐκπιὼν τὸ ποτήριον, εὐθέως ἐσώθη.

Ἐν Ματρίτῳ ὁ πατὴρ Μιχαὴλ Γάρσης τῆς τοῦ Ἰησοῦ ἑταιρείας ἐπαγγελτής, τῷ δεξιῷ ὀφθαλμῷ ἐκκαρπάθει, δεινοτάταις ὀδύναις ἐχόμενος, εὐπόρου καὶ πικροῦ κατάρρου αὐτὸν καταβαρύνοντος. οὐδὲ τῇ φλεβοτομίᾳ, οὐδ᾽ ἄλλοις φαρμάκοις κουφίζετο· μενοῦν γε, ὅσῳ μείζων ἡ ἴασις ἐγίνετο, τοσούτῳ μᾶλλον τὸ νόσημα ἀδιαλείπτως αὐξάνεσθαι ἐδόκει, πλευταῖον τῇ θ΄, τοῦ Σεπτεμβρίου, ἔτει α φ' ς ς', τοῦ ὀφθαλμοῦ αὐτοῦ ἀπὸ βαθέος ὄρθρου ἕως τῆς ἑσπέρας πάνυ σφόδρα διαλγήσαντος, ὁ πατὴρ Βαρθολομαῖος Περέσιος ἐλεήσας, παρέδωκεν αὐτῷ τὸ χειρόγραφον τοῦ Ἰγνατίου, καὶ τῷ ὀφθαλμῷ ἐπιθεῖναι ἐκέλευσεν. ἤλπισε γὰρ τὸ ἄλγημα κουφισθήσεσθαι, καθὼς πολλοὶ πρὸς τὴν αὐτοῦ βοήθειαν καταφυγόντες τούτου πεῖραν ἔλαβον. ὁ οὖν πατὴρ Γάρσης γονυπετήσας καὶ εὐχὰς ποιησάμενος, τῆς ὀδύνης εἰς ἄκρον ἐληλυθυίας, τῷ χειρογράφῳ ἥψατο τοῦ ὀφθαλμοῦ, καὶ ἐν ἀκαρεῖ τούτῳ ἰαθεὶς ἧσαι, εἰς κοίτην ἀπῆλθε, τῆς νυκτὸς τοῦ ὕπνου ἡδέως ἔτυχε, τῇ ὑστεραίᾳ

πρωῒ

templum adijt, ſacras confeſſiones audiuit. Omnes denique è Collegio ſanum oculum vidimus, quem ſuperiori die planè cruentum videramus.

Gandiæ Franciſca Vignola ætatis annum agens decimum tertium, vnius penè anni ſpatio grauiter ex altera tibia laborarat, nec incedere niſi claudicando poterat, idque admodum ægrè, præſertim frigidiori cælo, quod valde aduerſum & infeſtum erat. Kal. autem Ian. quo die gratiſſima circuncisionis Domini memoria ab eccleſia celebratur, anno c I ɔ. I ɔ. c. templum quamuis difficulter ad audiendum ſacrum cum adijſſet, indeque domum redijſſet vi doloris vehementer afflicta; Hortante matre ſalutem ſuam B. commendauit Ignatio, eiuſque nacta chirographum, tibiæ coniunxit, ſanata eſt; ambulauit, ac ſi nullum vnquam perpeſſa fuiſſet incommodum. Eius pater arte medendi eruditus, omneſque domeſtici factum in miraculorum loco numerauerunt. Poſtridie eius diei mater & filia ad ſacram Societatis ædem Deo, Beatoque Ignatio gratias acturæ conuenerunt, cereumque oſcillum tholis eius ſuſpenderunt.

Nec huic diſſimile contigit eodem loco, menſe Octobri, anno c I ɔ. I c. c. Ioſephæ Borgiæ Gaſparis Ferreræ coniugi.

Cùm

πρωῒ ἀναστὰς, καὶ εἰς τὸν ναὸν βαδίσας τῶν ὁμολογούντων ἤκουσε. τέλος δὲ πάντες οἱ ἐν συλλόγῳ, τὸν ὀφθαλμὸν ὑγιῆ ἐβλέψαμεν, ὃν τῇ προτεραίᾳ πάντως ἔναιμον ἑωράκαμεν.

Ἐν Γανδίᾳ Φραγκίσκη Βιγνάλη τριῶν καὶ δέκα ἐτῶν οὖσα, σχεδὸν ἔτει ὅλῳ δεινῶς θάτερον σκέλος ἤλγησε, καὶ, εἰ μὴ πάνυ σφόδρα χωλεύουσα, βαδίσαι οὐκ ἠδυνήθη, ἄλλως τε ψύχους γινομένου, ᾧ τινι μάλιστα ἐκακοπάθει. ἐν ταῖς δὲ Καλάνδαις τοῦ Ἰανουαρίου, ὅτε ἡ χαριεστάτη μνήμη τῆς τοῦ κυρίου περιτομῆς ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐτελεῖτο, ἔτει αχʹ, πρὸς τὸν ναὸν, τοῦ τῆς λειτουργίας ἀκοῦσαι, καίπερ χαλεπῶς φοιτήσασα, κἀκεῖθεν σὺν ἀλγηδόνι πολὺ βαρυνθείσῃ ἀναστρέψασα, τῆς μητρὸς παραινούσης τὴν ὑγίειαν αὐτῆς τῷ μακαρίῳ Ἰγνατίῳ συνέστησε, καὶ ἐπιτυχοῦσα χειρογράφου αὐτοῦ, ὅ,τι τῇ κνήμῃ προσήψατο, ἰάθη, καὶ ὥσπερεὶ μηδέποτε κακοπαθήσασα περιεπάτησε. τοῦτο δὲ ὁ αὐτῆς πατὴρ πρὸς τὰ τῆς ἰατρικῆς ἔμπειρος, καὶ πάντες οἰκιακοὶ ἐν θαύματος μέρει ἡγήσαντο. τῇ ὑστεραίᾳ ἡ μήτηρ καὶ ἡ θυγάτηρ εἰς τὸ ἱερὸν τῆς ἑταιρίας, τῷ τε θεῷ, καὶ τῷ μακαρίῳ Ἰγνατίῳ εὐχαριστῆσαι, παρεγένοντο, ὀστάριον κήρινον ἀνατιθῆσαι.

Οὐ δ' ἀνομοίως εἶχε τὸ αὐτόθι τῷ Ὀκτωβρίῳ τοῦ ἔτους αχʹ, τῇ Ἰωσήφῃ Βοργίᾳ τοῦ Γάσπαρος Φερρήρου γυναικὶ συνέβη.

Cùm enim amplius vnum mensem malè affecto crure loco se mouere non posset, nec vllis medicamentis morbum depellere, Ignatij fidem implorauit ex animo, quintóque Dominicam orationem & Angelicam salutationem in eius honorem recitauit. Id cùm triduo continuasset, in lectulóque iacens ac vim profundens lacrymarum, quòd magnis cruciamentis premeretur, opem B. viri exposceret, repentinus eam somnus oppressit. In ipso autem sopore Pater ei se videndum præbuit, lætoque & hilari vultu dixit, se eius curandi caussa venisse, sacráque manu mali sedem contingere visus, morbum sustulit. Experrecta mulier, sanam se esse mirata est, ac manè templum Societatis petiuit, imaginemque ceream obtulit, perpetuum accepti beneficij à B. Patre monumentum.

Sed illud inprimis memorabile, quod accidit eodem loco insequentis anni, mense Nouembri, virgini cuidam piæ, atque à sæculi consuetudine abstractæ, Iosephæ Chastellæ, annos natæ XL. Illa comitiali morbo laborabat, eiusque tanta vis erat, vt à sede rationis præcipitem, ac seipsam dentibus vnguibusque laniantem multi prohibere vix possent. Cùm vero illa grauis agitatio conquiesceret, insolitus

διὰ τὸ γὰρ σκέλος νοσοῦν, πλέον ἢ ἕνα μῆνα ἐκ τόπου οὐκ ἀποίρειν, οὐδὲ τὸ πάθος τοῖς φαρμάκοις ἀλέξασθαι δυναμένη, καιρόθι τὴν τοῦ Ἰγνατίου βοήθειαν ᾔτησε, τήν τε εὐχὴν κυριακὴν καὶ τὸν ἀγγελικὸν ἀσπασμὸν πεντάκις εἰς τὴν αὐτοῦ δόξαν ἔλεξεν. τρεῖς ἡμέρας συνεχεῖς τοῦτο ποιήσασα, καὶ ἐπὶ τῆς κλίνης διὰ τὸ τῆς ὀδύνης μέγεθος σφόδρα κλαίουσα, καὶ παρὰ τοῦ μακαρίου ἀνδρὸς ἐπικουρίαν αἰτοῦσα, αἰφνιδίως ὕπνῳ κατελήφθη. αὐτῇ δὲ καθευδούσῃ ὁ πατὴρ ὀφθείς, ἱλαρῶς καὶ εὐθύμως εἶπεν· ὅτι τοῦ αὐτὴν ἰάσασθαι ἦλθεν, καὶ τῇ ἱερᾷ χειρὶ τοῦ τῆς νόσου τόπου ἅψασθαι δόξας, αὐτὴν ἀφεῖλεν. ἥτε γυνὴ ἀνεγερθεῖσα ἐπὶ τῷ αὐτὴν ἰαθῆναι ἐθαύμασε, καὶ πρωῒ εἰς τὸν ναὸν τῆς ἑταιρείας ἐλθοῦσα, κηρίνην εἰκόνα εἰς ἀΐδιον μνημόσυνον τῆς παρὰ τοῦ μακαρίου πατρὸς ληφθείσης εὐεργεσίας, προσήνεγκε.

Τοῦτο δὲ πάνυ ἀξιομνημόνευτον, ὅπερ αὐτόθι τῷ μηνὶ Νοεμβρίῳ τοῦ ἑπομένου ἔτους, παρθένῳ τινὶ εὐλαβεῖ, καὶ τῆς κοσμικῆς πολιτείας ἀποκεχωρηκυίᾳ, ὀνόματι Ἰωσήφῃ Χαστέλλῃ, ἐτῶν τεσσαράκοντα οὔσῃ, συμβέβηκεν. αὕτη ἐπιληψίᾳ οὕτω δεινῶς ἐνόσει, ὥστε παραφρονοῦσαν καὶ ἑαυτὴν ὀδοῦσι καὶ ὄνυξι σπαράττουσαν πολλοὶ μόλις κωλύσαι ἠδύναντο. ταύτης δὲ βαρείας κινήσεως ἀναπαυσαμένης.

eus dolor hærebat in corde, corpus erat adeo contritum & debile, vt ne insequenti quidem die mouere sese aut aliquod opus suscipere posset. Sed cùm audiuisset quanta beneficia per id tempus, varijs in locis, in homines Deus per B. Patrem collocasset, ea nocte, qua vsitatum malum recurrit, solitoque vehementius, vt nonnihil redijt ad sese, fiduciæ plena supplex inuocauit Ignatium, quinquiesque orationem Dominicam & Angelicam salutationem percurrit: & euestigiò incolumem se deprehendit, dolore cordis & alijs cruciamentis solutam & liberam, quæ ceteroquin æquè ac aliàs ab illa sensuum alienatione remanserant. Quies grata successit, & tranquillam noctem (quod antea nunquam) in somno traduxit. Vt porrò diluxit, surrexitque è lectulo, soror & fratris vxor eam domi oberrantem præter solitũ cum viderent, magnam in admirationem adductæ sunt. At illa, desinite, inquit, mirari, sed gratias Deo mecum persoluite, qui per B. Ignatium integras mihi vires, nullo mali vestigio remanente, restituit. Octauo tamen vel decimo pòst die crudelis adeo vis colici doloris eandem subitò corripuit, vt penè vitam extorserit: sed qua iam imbuta erat in Patrem pietate, illius protinus implorato auxilio, eadem qua prius facili-

ἀήθης μὲν ἀλγηδὼν τῇ καρδίᾳ ἐνέμεινε, τὸ δὲ σῶμα οὕτω συντετριμμένον καὶ ἀσθενὲς ἦν, ὥστε τῇ ὑστεραίᾳ οὐχ ἑαυτὴν κινῆσαι, οὐδέ τι ἐπιχειρῆσαι δυνηθῆναι. ἀκούσασα δέ, ὡς πολλὰ καὶ ἐκεῖνον τὸν χρόνον πολλαχοῦ τοὺς ἀνθρώπους ὁ θεὸς διὰ τοῦ μακαρίου πατρὸς εὐεργέτηκεν, αὐτονυχί, ὅτε τὸ σύνηθες νόσημα βαρύτερον τοῦ εἰωθότος ἐκείνην κατεῖχεν, ἑαυτήν πως ἀναλαβοῦσα πεποιθότως τὸν Ἰγνάτιον ἱκέτευσε, καὶ πεντάκις τὴν εὐχὴν κυριακὴν σὺν τῷ ἀσπασμῷ ἀγγελικῷ ἔλεξε, καὶ παραχρῆμα ὑγιὴς ὑπάρχουσα, καὶ τῆς καρδιαλγίας καὶ τῶν ἄλλων κακοπαθειῶν, αἵ τινες ἄλλως ὡς πρότερον μετὰ τὴν παραφρόνησιν ἀπελείφθησαν, ἀπαλλαγεῖσα ᾔσθετο. εἶτα ἀδεῶς ἠρέμησε, καὶ ὅλην τὴν νύκτα (ὅπερ οὐδέποτε πρόσθεν συνέβη) ὕπνωσε. πρωΐας δὲ γενομένης, ἐκ τῆς κλίνης ἀνίστη, καὶ ἡ ἀδελφὴ σὺν τῇ εἰνάτερι, αὐτὴν παρὰ τὸ εἰωθὸς ἐν τῷ οἴκῳ περιερχομένην βλέπουσα, ὡς μάλιστα ἐθαύμασε· καὶ αὐτή, λήγετε θαυμάζουσαι φησιν, ἀλλὰ μετά μου τῷ θεῷ εὐχαριστεῖτε, ὃς διὰ τοῦ μακαρίου Ἰγνατίου τὴν πρόσθεν ὑγείαν μοι, μηδενὸς τῆς νόσου ἴχνους καταλειφθέντος, ἀπέδωκεν. οὐ μὴν ἀλλὰ τῇ ὀγδόῃ ἢ δεκάτῃ ἡμέρᾳ αὖ τῷ δεινῷ ἐξαίφνης ἐκαλινδύσατο, ὥστε σχεδὸν τοῦ βίου ἀποστερηθῆναι. προσκειμένη δὲ τῇ εὐσεβείᾳ τῇ πρὸς τὸν Ἰγνάτιον παραυτίκα τὴν αὐτοῦ βοήθειαν ἐπικάλεσε, καὶ τῇ αὐτῇ ῥᾳστώνῃ ὡς πρότερον

facilitate dolor aufugit. Et illa quidem ad ſacram Societatis ædem duplicis beneficij teſtes, binas cereas imagines deportauit, quicunque vero hæc cognouerunt, diuinam bonitatem atque potentiam magnificè prædicauere.

His adiungamus & illud, quod Deus eodem in loco prid. Id. Decemb. anno ſuperiore ſæculari perfecit. Puella ſeptennis biduum febri agitata neque ſoporem ceperat, neque guttam aquæ libauerat, præfocante guttur angina, adeo vt deſperata iam vita parentes ſepulturam filiæ magis quàm medicinam cogitarent. Cum puellæ amita B. Ignatij imaginem conſpicata, (quam pater eius, vtpote faber, ad ſe delatam habebat domi, ligno includendæ gratia) accepit, atque in ſpem non dubiam erecta ad puellæ caput admouit, opem eius Sancti ſuppliciter obteſtari iuſſit, ac nouendiales vouere ſupplicationes, ſi morbo releuaretur. Paret illa, & ſeruata quartam horæ partem imagine, matrem vocat, B. Ignatij meritis incolumem ſe renunciat, cibum poſtulat. Comedit igitur, bibit, & ea nocte vti viuens valenſque dormiuit, poſtridie vero prima luce, ipſa & amita pariter ad collegium Societatis gratulatum iuerunt, votiuas nouendij ſupplicationes inchoarunt, imaginem ceream ſuſpenderunt. Nunc

τὸ ἄλγημα διῶσε. καὶ ἡ μὲν πρὸς τὸ ἱερὸν τῆς ἑταιρείας μάρτυρας διττοῦ εὐεργετήματος, δύο δήπου κηρίνας εἰκόνας προσήνεγκεν· ὅσοι δὲ ταῦτα ἔγνωσαν, τὴν τοῦ θεοῦ χρηστότητα καὶ δύναμιν μεγαλοπρεπῶς ἐνεκωμίασαν. Τούτοις κἀκεῖνο προσθῶμεν, ὅ,τι αὐτόθι τῇ ιβʹ. τοῦ] Δεκεμβρίου, τῷ ἔτει παρεληλυθότι αἰωνίῳ ὁ θεὸς διειργάσατο. κόρη ἑπταέτης, δυοῖν ἡμέραιν πυρέξασα, διὰ τὸ αὐτὴν συναγχικὴν εἶναι, οὔτε ὕπνου ἔτυχεν, οὔτε ῥανίδος τοῦ ὕδατος ἐγεύσατο, ὡς τοὺς γονεῖς τοῦ ζῆν ἀπελπίσαντας περὶ τοῦ τάφου τῆς θυγατρὸς μᾶλλον, ἢ περὶ τῆς θεραπείας ἐνθυμεῖσθαι. ἡ δὲ τῆς κόρης πατραδέλφη τὴν τοῦ μακαρίου πατρὸς εἰκόνα ἑωρακυῖα (ἣν ὁ αὐτῆς πατὴρ τέκτων ὤν, ἑαυτῷ προσηρμοσθεῖσαν οἴκοθι εἶχε, τοῦ εἰς ξύλον ἐγκλεισθῆναι) αὐτὴν ἔλαβε, καὶ ἐλπίδι ἀναμφισβητήτῳ ὑπαχθεῖσα, τῇ τῆς κόρης κεφαλῇ ἐπέθηκε, καὶ προσέταξεν ἱκετικῶς τὴν τοῦ ἁγίου βοήθειαν ἐπικαλέσασθαι, καὶ δεήσεις ἐννέα ἡμερῶν εὔξασθαι, εἰ ἐκ τῆς νόσου ἀναλήψεται. ἡ δὲ ἐπειθάρχει· καὶ τὴν εἰκόνα τέταρτον μέρος τῆς ὥρας τηρήσασα, τὴν μητέρα ἐκάλει, ταῖς τοῦ μακαρίου Ιγνατίου ἀξίαις ἰαθῆναι εἰσήγγελε, βρῶσιν αἰτοῦσα. ἔφαγεν οὖν, ἔπιε· καὶ ἐκείνῃ νυκτὶ ὥσπερεὶ ζῶσα καὶ ὑγιαίνουσα ἐκάθευδε. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ἕωθεν, αὕτη καὶ πατραδέλφη ἅμα εἰς τὸν τῆς ἑταιρείας σύλλογον ἦξαν χαίρουσαι, καὶ εὐκταίας δεήσεις τῶν ἐννέα ἡμερῶν ἀρξάμεναι, κηρίνην εἰκόνα ἀνέθεντο.

Nunc continente relictâ ad Baleares insulas cursum dirigamus, in quarum maiore Deus, anno CIↃ.IↃ. XCVII. magna & admirabilia per B. Ignatium patrauit. Ioanna Clara Nognera mulier vidua, virtutis & probitatis exemplar, luminibus amissis, primùm dextero, deinde sinistro, autographo nomine B. Patris imposito, ita videndi sensum recuperauit, vt insequenti die solitos labores exerceret, fixisque & non caligantibus oculis solem adspiceret.

Quid de mulieribus dicam, quæ inter extremas pariendi angustias deprehensæ præsentaneam mortem suam, fœtus vero etiam æternam iam iamque expectantes, tamen vel pia B. Patris Ignatij inuocatione, vel nominis eius imaginisue applicatione feliciter enixæ sunt? Multas sane eiusmodi probatæ fidei historias possem commemorare, sed vt ne in hoc argumento prolixus sim, vel odiosus, vnâ alterâue perstringenda me, lectoremque expediam.

Hieronyma Rebaza in hac eadem insula complures dies intolerabili parturiendi dolore, corporis debilitate, animique defectione de vita periclitata, sumptis varijs frustra medicamentis, cùm prolem in vtero mortuam putaret, quòd nullo motu ciere-

Νυνὶ δὲ τὴν ἤπειρον καταλιπόντες, εἰς τὰς Βαλεαρίδας ἀφικώμεθα, ἐν ἂν μείζονι ὁ Θεὸς ἔτει α φ ϛ ζ, μεγάλα καὶ θαυμάσια διὰ τοῦ μακαρίου Ἰγνατίου διεπράξατο. Ἰωάννη Κλάρα Νογυήρα, χήρα ἀρετῆς καὶ καλοκἀγαθίας ὑπόδειγμα, πρῶτον μὲν τὸν δεξιὸν, εἶτα δὲ τὸν ἀριστερὸν ὀφθαλμὸν πεπηρωμένη, ἐν τῷ αὐτοῖς τὸ τοῦ μακαρίου πατρὸς αὐτόγραφον ἐπιθεῖναι, οὕτω τῆς ὄψεως ἔτυχεν, ὥστε τῇ ὑστεραίᾳ κατὰ τὸ ἔθος πονῆσαι, καὶ τὸν ἥλιον ἀκινήτοις τε καὶ μηδαμῶς ἀμβλυώττουσιν ὀφθαλμοῖς ἐπιβλέψαι.

Τί λέξω περὶ τῶν γυναικῶν, αἵτινες ἐν τῷ τίκτειν στενοχωροῦσαι, τὸν μὲν αὐτῶν ἐνεστῶτα θάνατον, τὴν δὲ τοῦ κυήματος αἰώνιον ἀπώλειαν ὅσον παραυτίκα προσεδόκησαν, ἀλλ᾽ ὅμως τῇ εὐσεβεῖ ἐπικλήσει τοῦ μακαρίου πατρὸς Ἰγνατίου, ἢ τῇ τοῦ ὀνόματος, ἢ τῆς εἰκόνος αὐτοῦ προσαγωγῇ εὐτόκησαν; πολλὰς μὲν ἂν ἀξιοπίστους ἱστορίας διηγεῖσθαι ἠδυνάμην, ἵνα δὲ μὴ ἐν ταύτῃ τῇ ὑποθέσει μακρὰ λέγων ἐνοχλήσω, μίαν ἢ δύο ἐπὶ κεφαλαίῳ εἰπὼν, ἐμὲ καὶ τὸν ἀναγνώστην ἀπολύσω.

Ἱερωνύμη Ῥεβάζη ἐν αὐτῇ ταύτῃ νήσῳ πλείους ἡμέρας διὰ τὰς ἀφορήτους ὠδῖνας, τήν τε τοῦ σώματος ἀσθένειαν καὶ λειποψυχίαν περὶ τοῦ βίου κινδυνεύσασα, πολλοῖς φαρμάκοις μάτην ἐχρήσατο. νομιζούσῃ δὲ αὐτῇ τὸ κύημα ἐν τῇ κοιλίᾳ ἀποθανεῖν, διότι ἀκίνητον

cieretur, potentissima ei medicina ad eam expellendam, non sine proposito vitæ discrimine parabatur. Sed ea repudiata, quia nimis erat anceps & dubia. cælestem vt securiorem antetulit, afferri sibi rogauit scriptum illud nomen Ignatij, quo tanta miracula in ea ipsa insula Deus ediderat. Allatum est XIII. Kal. Nouemb. anno CIↃ. IↃ. XCIIX. & quarta pòst horæ parte filium viuum sanumque peperit. Sed illud multò maiorem admirationem mouit omnibus, quòd os infantis pueri medicinis redundaret, quas mater superiori triduo sumpserat. Obstetrix eas exemit, & ex oculis eiulantis continuo fluxere lacrymæ, quæ cunctis gaudio risum fecerunt. Huic miraculo præsens affuit Hieronyma Pi, quæ Raphaelis Pi matrimonium tenebat. Illa decimum sextum iam annum continua cruciamenta glandium in faucibus enatarum patiebatur, quibus nullum remedium inuenerat. Eodem accedebat & illud: dens in ore vacillabat, quo magnis inter edendum afficiebatur molestijs. Ergo cùm vidisset Hieronymam Rebazam tam admirabiliter per schedulam B. Patris nomine inscriptam periculo, in quo versabatur, ereptam, idem & ipsa nomen poposcit, quod osculata religioséque venerata, momento temporis euanescente glandium

dolo-

κοῦ, ἐνεργέστατον αὐτῇ φάρμακον, τοῦ αὐτὸ ἐκβαλεῖν οὐκ ἄνευ κινδύνου τοῦ ζῆν, παρεσκευάζετο. ἀλλὰ μὴν τοῦτο παραιτησαμένη, ὡς ἄγαν ἀμφίβολον καὶ ἐπισφαλὲς γινόμενον, τὸ οὐράνιον ὡς ἀσφαλέστερον προὔκρινε, καὶ ἐδεήθη αὐτῇ προσκομισθῆναι τοὔνομα γεγραμμένον τοῦ Ἰγνατίου, ᾧ τινι ὁ θεὸς ἐν ἐκείνῃ τῇ νήσῳ τοιαῦτα θαύματα ἐποίησε. προσηνέχθη τῇ κ΄, τοῦ Ὀκτωβρίου, ἔτει αφϛ΄ ἤ, καὶ τετάρτῳ μέρει τῆς ὥρας ὕστερον υἱὸν ζωὸν καὶ ὑγιῆ ἔτεκε. τοῦτο δὲ πᾶσι θαυμασιώτερον γέγονεν, ὅτι τὸ στόμα τοῦ βρέφους ἐπληρώθη τῶν φαρμάκων ὑπὸ τῆς μητρὸς τρισὶν ἡμέραις παρεληλυθυίαις ληφθέντων, ἅ τινα ἡ μαῖα ἀφεῖλε, καὶ ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν τοῦ κλαυθμυριζομένου παραχρῆμα τὰ δάκρυα ἐξέρρευσεν, ὡς πάντες ὑπὸ χαρᾶς εἰς γέλωτα ἤχθησαν. τούτῳ θαύματι παρῆν ἡ Ἱερωνύμη Πία, ἡ τῷ Ῥαφαὴλ Πίῳ γαμηθεῖσα. αὕτη ἑκκαιδεκάτῳ ἔτει ὑπ' οἰδημάτων τινῶν ὡς βαλάνων τῷ λάρυγγι ἐγγινομένων, συνεχῶς ἐκακοπάθει, καθ' οὗ μηδὲν φάρμακον ἐξεῦρε. πρὸς τούτοις ὀδοὺς ἐν τῷ στόματι κινούμενος αὐτὴν μεταξὺ στράγγουσαν σφόδρα ἠνώχλει. ἰδοῦσα οὖν τὴν Ἱερωνύμην Ῥεβάζην διὰ χεδαρίου, ᾧ τοὔνομα τοῦ μακαρίου πατρὸς ἐνεγράφη, οὕτω θαυμαστῶς ἐκ τοῦ ἐφεστηκότος κινδύνου σωθεῖσαν, ταὐτὸ ὄνομα κἀκείνη ᾔτησεν, ὃ, καὶ καταφιλήσασα καὶ εὐλαβῶς σεβασαμένη ἐν ἀκαρεῖ χρόνου ἰάθη, ἀφανισθείσης τῆς τῶν οἰδημάτων

ἀλγη-

dolore, denteque priorem firmitatem obtinente, conualuit. Hinc ea mulier eiusque vir tanta pietate fuerunt erga P. Ignatium, vt ad conferenda per ipsum maiora in eos beneficia, Deus commoueri videretur. Nam postridie illius diei, qui dies fuit duodecimus Kal. Nouemb. Ioannes Pi eorum filius duplice tertiana conflictatus est adeo vehemente & periculosâ, vt quarto die cùm peccata in aure sacerdotis exonerasset, sacrisque epulis animum refecisset, de sede mentis deturbaretur. Erat ei lingua tumida, oculi depressi atque turbati, ceteraque mortem præcurrentia signa comitabantur: quarto Kal. Nouemb. hæc quam diximus scheda ægro admota, proque eius salute cum lachrymis est à parentibus supplicatum. Et ecce subitò febris remittere, æger ad mentem redire, vocem & oculorum claritatem recipere. Et cum hæc fierent hora fere noctis octaua, postridie prima luce sanus & incolumis è lecto surgere. Ad eum interim venit medicus, quemque vel mortuum, vel animam certe agere putabat, in pedibus consistentem & carentem febri, valentemque deprehendit.

Equus, quo quidam Bartholomæus Constantius chirurgus vehebatur, fortuito lapsu sessorē ita humi afflixerat, vt capitis

conge-

ἀλγηδὼν, καὶ τοῦ ὀδόντος, ὡς πρότερον εἶχεν, στερηθέντος. διὰ ταῦτα ἐκείνη ἡ γυνὴ καὶ ὁ αὐτῆς ἀνὴρ οὕτως εὐσεβῶς πρὸς τὸν μακάριον Ἰγνάτιον διέκειντο, ὥστε ὁ θεὸς εἰς τὸ αὐτοὺς διὰ τοῦ μακαρίου Ἰγνατίου μείζονα εὐεργετῆσαι ἐπάγγελμα ἐδόκει. τῇ γὰρ ὑστεραίᾳ τῇ κα΄ δήπου τοῦ Ὀκτωβρίου, Ἰωάννης Πίος ὁ αὐτῶν υἱὸς διπλῷ τριταίῳ πυρετῷ οὕτω σφόδρα καὶ ἐπικινδύνως ἐνόσησεν, ὥστε τῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ τὰ ἁμαρτήματα τῷ ἱερεῖ ἐξομολογήσας, καὶ τῆς εὐχαριστίας μεταλαβὼν τῇ διανοίᾳ παρέκοψεν. ἡ αὐτοῦ γλῶττα ᾤδησεν, οἱ ὀφθαλμοὶ κατεπιεσμένοι καὶ πεπαραγμένοι ἦσαν, καὶ τὰ σημεῖα τὰ τοῦ θανάτου προδραμεῖν εἰωθότα παρεγένετο· τῇ τοίνυν κθ΄ τοῦ Ὀκτωβρίου τὸ προειρημένον χιδάριον τῷ νοσοῦντι προσήχθη, τῶν γονέων ὑπὲρ τῆς σωτηρίας αὐτοῦ τὸν θεὸν σὺν δάκρυσιν ἱκετευσάντων. καὶ ἰδού, ὁ πυρετὸς εὐθέως ἀπέλιπεν, ὁ νοσῶν ἀνεφρόνησε, τὴν φωνὴν καὶ τὴν ἐνάργειαν τῶν ὀφθαλμῶν ἀνέλαβε, καὶ τούτων γινομένων περὶ τὴν τῆς νυκτὸς ὥραν ἐνδεκάτην, τῇ ὑστεραίᾳ ἐν ὄρθρῳ ὑγιὴς καὶ εὐσθενὴς ἐκ τῆς κλίνης ἀνέστη. ἐν τῷ δὲ μεταξὺ ἦλθεν ἰατρός, καὶ ὃν ἀποθανεῖν ἢ ἐσχάτως ἔχειν ἡγεῖτο, ἰσάμμον, ἀπύρετον ὄντα, καὶ ὑγιαίνοντα εὗρεν.

Ἵππος, ἐφ᾽ ᾧ Βαρθολομαῖος Κωνστάντιος χειρουργὸς ὠχεῖτο, τυχὸν ὀλισθήσας τὸν ἐπιβάτην οὕτως εἰς γῆν κατέβαλεν, ὥστε ἐκ τοῦ τὴν κεφαλὴν

congelatio acerbam ei insuper ophthalmiam gigneret, quæ nullam homini quietem somnumque indulgeret, iamque alterius oculorum sensum perdiderat: alter ita erat imbecillis, vt lumen solis sustinere non posset. Adeóque morbi, quem insanabilem medici iudicabant, curationem abiecerant, cum ipse feria quarta sanctæ hebdomadæ, scriptum flagitauit adferri sibi nomen Ignatij. Res mira, eo qui deportabat introeunte cubiculum, antequam propius ad eum accederet, repente immodicum capitis frigus abscessit, & oculorum dolore mitigato, inusitatam cepit animi voluptatem. Vt vero tam admirabilem sanationem ab ea scriptura manasse perspexit, pannos quibus caput eius fouendi gratia inuoluebatur, abiecit; exclamauitque: Valeo, valeo: capitis, atque oculorum dolore sum liber. Eodem die ianuas fenestrásque cubiculi aperiendas curauit, quas ad arcendum lumen oculo molestum occluserat. Postridie sanus & alacer ad collegium Societatis contendit, ad gratias Deo agendas, à quo propter Ignatij merita ijs incommodis esset ereptus, omnemque rei gestæ seriem liberis suis narrauit.

Colonia Vicha, quę Ludouico Vicho nupserat, tribus mensibus non ferendam capitis

λὴν συμπαγῆναι, δεινὴ ὀφθαλμία αὐτῷ ἐγένετο, δι᾽ ἣν οὔτε τῆς ἡσυχίας, οὔτε τοῦ ὕπνου ἔτυχε. καὶ ἤδη τοῦ ἑτέρου ὀφθαλμοῦ αἰσθήσεως ὄψεως ἀπωλολυίας, ἕτερος οὕτως ἠσθένησεν, ὥστε τῷ τοῦ ἡλίου φωτὶ ἀτενίσαι οὐκ ἠδύνατο. ἀπελπισάντων δὲ τῶν ἰατρῶν τὴν θεραπείαν, διότι τὸ νόσημα ἀνιάτως ἔχειν ἐνόμισαν, αὐτὸς τῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ τῆς ἁγίας ἑβδομάδος, τὸ αὐτόγραφον τοῦ Ιγνατίου ὄνομα αὐτῷ προσσημειωθῆναι ἐδεήθη. καὶ ἰδοὺ θαῦμα· τούτου γάρ, ὃς τὴν χέδλην ἐφόρει, εἰς τὸν κοιτῶνα εἰσερχομένου, οὔπω δὲ αὐτῷ πλησιάζοντος, τοῦ τῆς κεφαλῆς ψύχους ἀμέτρου αἰφνιδίως ἀπηλλάγη, καὶ τῆς ὀφθαλμίας ἀναπαυσαμένης, ἀήθως τὴν ψυχὴν ἥσθη. γνωρίσας δὲ ὅτι ἴασις οὕτω θαυμαστὴ ἐκ ταύτης τῆς γραφῆς ἐγένετο, τὰ ῥάκη, οἷς ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ, θάλψεως χάριν, ἐνειλεῖτο, ἀπέβαλε, καὶ ἀνεβόησεν· ὑγιαίνω, ὑγιαίνω, τῆς κεφαλαλγίας καὶ ὀφθαλμίας ἀπηλλάγην. αὐθήμερον τὴν θύραν καὶ τὰς θυρίδας τοῦ κοιτῶνος ἀνοιγῆναι ἐκέλευσεν, ἃς, τοῦ τὸ φῶς τῇ ὄψει ἐνοχλοῦν ἀπείργειν, κατέκλεισε. τῇ ὑστεραίᾳ ὑγιὴς καὶ εὔθυμος ὢν εἰς τὸν τῆς ἑταιρίας σύλλογον ἦλθε, τοῦ τῷ θεῷ εὐχαριστῆσαι, ὑφ᾽ οὗ διὰ τὰς τοῦ Ιγνατίου ἀξίας ἐξ ἐκείνων κακῶν ἐσώθη, καὶ πᾶσαν τὴν ἱστορίαν ἐφεξῆς τοῖς ἡοῖς αὐτοῦ ἐξηγήσατο.

Κολωνία Βίχα τοῦ Λουδοβίκου Βίχου γυνή, τρεῖς μῆνας ἀφορήτως κεφαλαλγήσασα, ἅμα

καὶ τὴν

pitis acerbitatem perpessa, simul vnius oculi lumen amiserat, quippe cuius reflexæ palpebræ sic aciem obduxerant, vt ad eas reducendas medici chirurgique nullas ex omni arte medendi rationes inuenirent, eoque rem desperatam abijcerent. Tertio Non. Mai. scriptum B. Patris nomen accepit, oculum affectum contigit, Ignatiū inuocauit, vltro se palpebræ erexere, videndi sensum recepit, domum Societatis se contulit.

Sed ne prætermittamus Germaniam. Ebesperga locus est non procul à Monachio, quæ Ducum Bauariæ sedes est: ibi mulier parturiens extremos biduum labores perpessa eniti non potuit, atque ita demum elanguit, vt exhalatura potius animam, quàm fœtum paritura videretur. Vir incredibiliter mœrens Patrem Societatis adiuit, qui ibi tunc erat, consilium opemque in rebus aduersis petiturus. Pater memor miraculorum, quæ Deus variis in locis per B. Ignatium effecisset, & quidem in fœminis tali in re ac tempore constitutis, eius opem pro muliere genibus nixus ardenter implorat. Quia porro nullas tum alias eius reliquias habebat, quas ad eam mitteret, Regulas Societatis ab eo olim conscriptas charta inuoluit, viroque tradidit, vt ijs tanquam re sacra con-

iugem

καὶ τὴν ὄψιν ἑνὸς ὀφθαλμοῦ ἀπώλεσε. τὰ γὰρ αὐτοῦ βλέφαρα ἀνακάμψαντα οὕτω τὴν κόρην ἐκάλυψεν, ὥστε τοὺς ἰατροὺς ἢ χειρουργοὺς μηδένα τρόπον τοῦ ἐπικουρεῖν ἐν πάσῃ ἰατρικῇ αὐτῶν εὑρόντας τὴν θεραπείαν ἀνελπίστως ἀποβαλεῖν. τῇ δὲ ἑ τοῦ Μαΐου τὸ αὐτόγραφον ὄνομα τοῦ μακαρίου πατρὸς λαβοῦσα, τοῦ ὀφθαλμοῦ κακοπαθοῦντος ἥψατο, καὶ ἐν τῷ τὸν Ἰγνάτιον ἐπικαλεῖν, αὐτομάτως τὰ βλέφαρα ἐπήρθη, καὶ αὐτὴ πάλιν τῆς ὄψεως ἐπιτυχοῦσα εἰς τὸν σύλλογον τῆς ἑταιρείας ἦλθεν.

nauerunt, operâque Sodalitatum, concionibus, vsu sacramentorum, ieiunijs, studio pœnitentiæ, officijs misericordiæ fidem excitarunt, seque filios ecclesiæ Catholicæ re ipsa comprobarunt. Vtque fructus hic diuturnior & Deo gratior existat, Ignatij filij hanc suo sanguine plantam, cum opus est, irrigare non dubitant, moriunturque pro fide, pretio quod pro ea persoluunt eam esse verissimam obsignantes. Nam præter viginti quinque Societatis homines, qui pro euangelij veritate apud Indos sanguinem profuderunt, alij sexaginta ab hæreticis interfecti sunt. Hi enim qua sunt odij acerbitate in huius ordinis homines, existimantes ijs sublatis, se posse facilius animis imperitorum suos errores inserere, eos vexare, atque vt proditores omni genere crudelitatis excruciatos necare non cessant, quod Angliæ consiliarij ministrique vsque hodie factitant. Id non leue scilicet argumentum est, hoc opus à Deo profectum, eumque qui illud inchoauit, à Deo potissimum fuisse delectum, ad amplificandam suis filiorumque laboribus eiusdem Dei gloriam, & ecclesiam illustrandam.

Atque istud, vt dixi, maximum est è miraculis B. Patris, & miraculum miraculorum, quod tot ac tam eximia miracula

conti-

φύλαξαι, καὶ τῇ τῶν συλλογῶν φροντίδι, ταῖς ὁμιλίαις, τῇ τῶν μυστηρίων χρήσει, ταῖς νηστείαις, τῇ τῆς μετανοίας σπουδῇ, τοῖς τοῦ ἐλέους κατορθώμασι τὴν πίστιν ἐξήγειραν, καὶ ἑαυτοὺς υἱοὺς τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας εἶναι τῷ ἔργῳ ἀπέδειξαν. ἵνα δὲ ὁ καρπὸς οὗτος πολυχρονιώτερος καὶ τῷ θεῷ μᾶλλον εὐπρόσδεκτος γένηται, οἱ τοῦ Ιγνατίου υἱοὶ τοῦτο τὸ φυτὸν, ὅτε χρὴ, οὐκ ὀκνοῦσι τῷ αὐτῶν αἵματι ποτίσαι, καὶ ὑπὲρ τῆς πίστεως ἀποθνήσκουσι, τῷ τιμήματι, ὅ,τι ἀντὶ αὐτῆς ἀποτίουσιν, ἐκείνην ἀληθεστάτην εἶναι σφραγίζοντες. καὶ γὰρ πλὴν εἰκοσιπέντε τῆς ἑταιρείας τῶν παρὰ τοῖς Ινδοῖς ὑπὲρ τῆς τοῦ εὐαγγελίου ἀληθείας, τὸ αἷμα προχευσάντων, ἄλλοι ἑξήκοντα ὑπὸ τῶν αἱρετικῶν ἐφονεύθησαν. οὗτοι γὰρ, ὑπὸ τῆς δεινότητος τοῦ μίσους τοῦ πρὸς τοὺς ταύτης τῆς τάξεως ἀνθρώπους, νομίζοντες, τούτων ἀναιρεθέντων, αὐτοὺς ῥᾷον δυνήσεσθαι τοὺς ἀπείρους φενακίσαι, οὐ παύονται αὐτοὺς κακοῦντες, καὶ ὡς προδότας παντοδαπῇ ὠμότητι κακουργηθέντας ἀποκτείνοντες, ὅ,τι οἱ τῆς Βρεττανικῆς σύμβουλοι καὶ ὑπηρέται μέχρι ταύτης ἡμέρας ποιοῦντες διατελοῦσι. τοῦτο δὲ τεκμήριον οὐ τυχόν ἐστιν, ὡς τόδε τὸ ἔργον παρὰ τοῦ θεοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ τούτου ἀρξάμενος ὑπὸ τοῦ θεοῦ μάλιστα ἐπελέχθη, τοῦ, τοῖς αὐτοῦ καὶ τῶν υἱῶν πόνοις, τὴν αὐτοῦ θεοῦ δόξαν ἐπαυξῆσαι, καὶ τὴν ἐκκλησίαν καταλάμψαι.

Καὶ τοῦτο, ὡς εἴρηκα, μέγιστόν ἐστι τῶν θαυμάτων τοῦ μακαρίου πατρὸς, καὶ θαῦμα τῶν θαυμάτων, τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα θαύματα

continet, quot res à Deo per B. Patrem eiusque filios effectæ sunt omni admiratione dignissimæ. Ei tribuatur gloria vt omnium bonorum auctori, quandoquidem, vt docet Apostolus, Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus, cui tanquam radici omnis arboris pulchritudo fructusq; accepta referri debent.

CAPVT XXIII.

Sanctorum Virorum, Regum Principumque de B. Ignatio testimonia.

PAullò copiosiores fuimus in vita N. B. P. Ignatij, cuius maiorem necessitudine cõtubernij cognitionem hausimus. Quidquid enim dictum est, exiguum est pro multitudine earum rerum, quæ dici possent. Quia verò nondum in Diuorum numerum adscriptus est, nec à Sede Apostolica toti Ecclesiæ colendus & inuocandus proponitur, vt alij, quorum vitam scripsimus, necessarium visum fuit commemorare potissima, quædam miracula aliasque res, quarum nulla in vitis reliquorum Sanctorum facta sit mentio. Certum tamen est nos præterire permulta, quòd hæc pro eo quod in hoc opere intendimus, satis esse videantur. Deum inquam laudare, qui

συνέχον, ὁπόσα πράγματα ἄξια θαυμάζειν, ὑπὸ τοῦ θεοῦ, διὰ τοῦ μακαρίου πατρὸς καὶ υἱῶν αὐτοῦ διεπράχθη. ἡ δόξα ἀνατιθέσθω αὐτῷ ὡς πάντων ἀγαθῶν αἰτίᾳ, οὔτε γὰρ, καθὼς ὁ Ἀπόστολος διδάσκει, ὁ φυτεύων ἐστί τι, οὔτε ὁ ποτίζων, ἀλλ' ὁ αὐξάνων θεὸς, ᾧ τινι, ὡς τῇ ῥίζῃ, ἅπαν κάλλος καὶ καρπὸν τοῦ δένδρου δεῖ ἐπενεγκεῖν.

Κεφ. κγ'.

Αἱ τῶν ἁγίων ἀνδρῶν, τῶν τε βασιλέων καὶ ἀρχόντων περὶ τοῦ μακαρίου Ἰγνατίου μαρτυρίαι.

ΠΕρὶ τοῦ βίου τοῦ μακαρίου πατρὸς ἡμῶν Ἰγνατίου διὰ μακροτέρων λόγους ἐποιησάμεθα, αὐτὸν ἐκ τῆς συνηθεστάτης συμβιώσεως μᾶλλον ἐπιγνόντες. ὅσα γὰρ εἴρηται, κατὰ τὸ πλῆθος τῶν λέγεσθαι δυναμένων, μικρά ἐστιν. ἐπεὶ δ' οὔπω εἰς τοὺς ἁγίους ἐνεγράφη, οὐδὲ ὑπὸ τῆς Ἀποστολικῆς καθέδρας τοῦ σέβεσθαι καὶ ἐπικαλεῖσθαι προσετέθη, τῶν ἄλλων δίκην, ὧν βίον συνεγράψαμεν, ἐπάναγκες ἔδοξέ μοι διελθεῖν ἐξαίρετα αὐτοῦ θαύματα, καὶ ἄλλα πράγματα, ὧν ἐν τοῖς βίοις τῶν ἄλλων ἁγίων μηδεμίαν μνείαν ἐποιησάμην. πρόδηλον ὅμως ἐστὶν, ὅτι πάμπολλα ὑπ' ἐμοῦ παρελείφθη, ἀνθ' ὧν ταῦτα, κατὰ τὴν προαίρεσίν μου τὴν ἐν τούτῳ τῷ συγγράμματι ἀρκεῖν δοκεῖ, τὸν θεὸν τὸν ἁγιάσαντα αὐτὸν ἐπαινεῖν, τὰς

αὐτοῦ

eum ſanctum fecit, virtutes eius ad imitandum proponere, & patefacere ignaris, vt huius viri ſanctitatem venerentur & colant. Quamobrem antequam huic narrationi finem imponam, illud adiungam, nimirum hunc B. Patrem vt ſanctus fuit in vita, ita ſanctum habitum, eique reuerentiam & honorem tributum ab omnibus, qui cum illo verſabantur, multoque magis ab ijs, quibuſcum maior ei erat familiaritas, propterea quod multo clarius admirabiles eius virtutes cernerent, & veluti manu tangerent donorum & gratiarum magnitudinem, quæ Deus in eum contulerat.

P. Franciſcus Xauerius, vir Apoſtolicus & ſingulari virtute, quo adminiſtro Deus tot ac tanta perfecit miracula, qui infinitos homines in tenebris ignorantiæ veri Dei iacentes, ad veritatis lumen adduxit, ita colebat, ita venerabatur Ignatium, vt eius autographum nomen geſtaret in ſinu, quo tanquam fortiſſimo quodam clypeo aduerſus omne periculorum genus tutus eſſet, & ex India genibus nixus litteras ad eum ſcriberet. P. Petrus Faber, primus ei in conſtituenda Societate adiutor & ſocius, vir planè mirabilis, & incredibili diuinitus luce perfuſus, proponebat eum ſibi ac alijs exemplar ſanctitatis omniumque virtutum. P. Iaco-

αὐτοῦ ἀρετὰς προτιθέναι, καὶ τοῖς μὴ ἐπισταμένοις φανεροῦν, ὅπως τὴν τούτου τοῦ ἀνδρὸς ἁγιότητα διὰ αἰδοῦς ἄγωσι, καὶ θεραπεύωσι. Διόπερ περὶ τοῦ περαίνειν ταύτην τὴν διήγησιν, τοῦτο προσθήσω, ὅτι δήπου οὗτος ὁ μακάριος πατὴρ, ὡς ἐν τῷ βίῳ ἅγιος ἐγένετο, οὕτως ἅγιος ἐνομίσθη, καὶ ὑπὸ πάντων μετὰ τῶν πλησιασάντων, τιμὴ καὶ αἰδὼς αὐτῷ ἀπενεμήθη, μᾶλλον δὲ ὑπὸ τῶν συνηθεστέρων, διότι πολλῷ σαφέστερον τὰς αὐτοῦ θαυμαστὰς ἀρετὰς ἐπίβλεπον, καὶ ὥσπερ τῇ χειρὶ ἐψηλάφων, τὸ τῶν δώρων καὶ χαρίτων μέγεθος, ὧν παρὰ τοῦ θεοῦ ἐπέτυχε.

Πατὴρ Φραγκίσκος Ξαβέριος, ὁ ἀποστολικὸς ἀνὴρ καὶ τὴν ἀρετὴν ἐξαίρετος, οὗτινος ὑπηρεσίᾳ ὁ θεὸς τηλικαῦτα τὸ μέγεθος καὶ τοιαῦτα θαύματα ἐπετέλεσε, καὶ ὃς ἀπείρους ἀνθρώπους ἐν τῷ σκότει τῆς ἀγνωσίας τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ κειμένους εἰς τὸ τῆς ἀληθείας φῶς προσήγαγεν, οὕτως ἐθεράπευσεν, οὕτως ἐσέβετο τὸν Ιγνάτιον, ὥστε τὸ αὐτόγραφον ὄνομα αὐτοῦ ἐνεκόλπισεν, ᾧ τινι ἂν, ὡς ἰσχυροτάτῃ ἀσπίδι, κατὰ παντοδαπῶν βελῶν ἀσφαλῶς ἔχῃ, καὶ ἐκ τῆς Ινδικῆς γονυπετήσας πρὸς αὐτὸν τὰς ἐπιστολὰς ἔγραψε. Πατὴρ Πέτρος Φάβερος, ὁ ἐν τῷ καταστῆσαι τὴν ἑταιρίαν πρῶτος συνεργὸς καὶ συμπράκτωρ, ἀνὴρ πάνυ θαυμαστὸς, καὶ οὐρανόθεν ἀνυπερβλήτως φωτισθεὶς, αὐτὸν αὐτῷ καὶ τοῖς ἄλλοις τῆς ἁγιότητος καὶ πασῶν ἀρετῶν παράδειγμα προέθη.

Πατὴρ

P. Iacobus Laynes ſecundus Generalis Societatis magiſter, vir ea doctrina & pietate, quæ nota eſſet omnibus, mihi dicere ſolebat; Deum cernentem animum P. Ignatij, eius ornamentis mirificè delectari, eamque ob cauſſam tantis muneribus ac beneficijs eius filios proſequi.

P. Franciſcus Borgia, qui tertius vniuerſam Societatem adminiſtrauit, vir in hiſce Regnis amplitudine notiſſimus, & ſua virtute celebrior, anno CIↃ. IↃ. L. Romam profectus eſt ob id maximè, vt B. Ignatium videret, & in eius congreſſum & colloquium ſeſe penitus daret. Cumque primis ſacris operaretur (fecit autem id in domo Loyolæa) ſolum eius cubiculi deoſculatus eſt, in quo B. Pater natus fuerat, pro ea reuerentia qua in hunc ſanctum mouebatur. Similiter afficiebantur omnes, qui cũ illo familiariter agitabant. Nec domeſticorum ſolum, ſed etiam externorum idem erat de eius integritate iudicium, eademque veneratio.

Paulus III. Pont. Max. qui primus Societatem confirmauit, de huius conſilio multa magni momenti decreuit. Inter cetera ſacrum Inquiſitorum collegium Romæ conſtituit, in illudque quatuor ex ordine patrum purpuratorum cooptauit auctoritate prudentiaque præcellentes, qui

in il-

Πατὴρ Ἰάκωβος Λαΐνης, ὁ δεύτερος ἀρχιεπιστάτης τῆς ἑταιρείας, ἀνὴρ τῇ παιδείᾳ καὶ θεοσεβείᾳ παρὰ πᾶσιν εὐδόκιμος, ἐμοὶ εἰπεῖν εἴωθε, τὸν θεὸν ὁρῶντα τὴν ψυχὴν τοῦ μακαρίου Ἰγνατίου, τῷ κοσμήματι αὐτοῦ θαυμαστῶς ἐφήδεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο τηλικαύτας δωρεὰς καὶ εὐεργεσίας τοῖς αὐτοῦ υἱοῖς διδόναι.

Πατὴρ Φράγκισκος Βοργίας, ὃς τὴν τάξιν τρίτος ὅλην τὴν ἑταιρείαν διῴκησεν, ἀνὴρ ἐν ταύταις μὲν βασιλείαις λαμπρότητι γνωριμώτατος, τῇ δὲ αὐτοῦ ἀρετῇ ἐνδοξότερος, ἔτει α φ' ν', μάλιστα διὰ τὸ τὸν μακάριον Ἰγνάτιον ἰδεῖν, καὶ τῆς αὐτοῦ συνηθείας καὶ ὁμιλίας παντελῶς τυχεῖν, εἰς τὴν Ῥώμην ἐπορεύθη. πρῶτον δὲ λειτουργήσας (ὅπερ ἐν τῷ οἴκῳ τῆς Λοϊώλης ἐγένετο) τὸ δάπεδον τοῦ κοιτῶνος, ἐν ᾧ μακάριος πατὴρ ἐγεννήθη, ὑπὸ τῆς θερμῆς εὐσεβείας τῆς πρὸς τοῦτον τὸν ἅγιον, κατεφίλησεν. οὕτω πάντες οἰκείως αὐτῷ χρώμενοι διέκειντο. καὶ μὴ μόνον οἱ οἰκεῖοι, ἀλλὰ καὶ ἀλλότριοι περὶ τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος τὴν αὐτὴν γνώμην καὶ τιμὴν πρὸς αὐτὸν εἶχον.

Παῦλος τρίτος ἄκρος ἀρχιερεύς, ὁ πρῶτον τὴν ἑταιρείαν βεβαιώσας, τοῦ Ἰγνατίου συμβουλεύοντος, πολλὰ ψηφίσματα μεγάλην ῥοπὴν ἔχοντα ἐψηφίσατο· ὧν τινων ἦν, ὅπως ἱερὸς σύλλογος τῶν ἐξεταστῶν ἐν Ῥώμῃ κατασταθῇ, καὶ εἰς τοῦτον τέσσαρας Καρδιναλίους ἐπὶ σεμνότητι καὶ φρονήσει εὐδοκίμους ἐπέλεξε, τοῦ

ἐν ἐκεί-

in illo tribunali iudicijs quæstionum fidei præsiderent. Iulius III. P. Petrum Canisiũ Viennensem Episcopum facere vel Ferdinando Rege Romanorum multùm flagitante nunquam voluit, quia id minimè probaretur Ignatio.

Marcellus II. qui Iulio successit, dicebat in negotijs Societatis auctoritatem solius Ignatij apud se grauiorem esse, quàm omnes rationes, quæ ex aduerso possent afferri.

Paulus IV. cuius in pontificatu noster hic decessit è vita, tantum ei honorem habuit, vt eum ad pedes suos demissum inter loquendum excitaret, caputque contegere vellet. Gregorius XIII. in diplomatis, anno CIↃ.IↃ.LXXXII. & CIↃ.IↃ.LXXXIII. scriptis ad stabiliendum & defendendum institutum Societatis disertè dicit, Spiritum Sanctum iniecisse mentem Ignatio ad constituendam Societatem, eique instituti formam tradidisse. Hoc etiam adiungit, vniuersam Rempublicam Christianam refici & recreari per filios ipsius Societatis. Denique tam Gregorius quàm qui Gregorium antecesserunt Pius IV. & Pius V. labores Societatis tantis efferunt laudibus, & fructus quos Deus inde collegit, colligitq; in dies, vt modestia eos hoc loco suadeat prætermitti. Sed hi tamen fructus diuina

virtute

ἐν ἐκείνῳ δήματι ταῖς κρίσεσι ταῖς περὶ τῆς τῆς πίστεως ἀμφισβητήσεων ἐπιστατῆσαι. Ιούλιος τρίτος τὸν πατέρα Πέτρον Κανίσιον, καίπερ Φερδινάνδε τοῦ τῶν Ῥωμαίων βασιλέως τούτο σφόδρα αἰτοῦντος, ἐν τῇ Βιέννῃ ἐπίσκοπον καταστῆσαι οὔποτε ἠθέλησε, διότι τόδε τῷ Ιγνατίῳ πάντως ἀπήρεσκε.

Μάρκελλος δεύτερος, ὁ τοῦ Ιουλίου διαδεξάμενος ἔλεγε, ὅτι ἐν τοῖς ἑταιρίας πράγμασιν ὁ μόνος Ιγνάτιος παρ᾽ ἑαυτῷ μᾶλλον πάντων λόγων ἐξ ἐναντίας προβεβλημένων ἐπιστεύετο.

Παῦλος τέταρτος, ἐφ᾽ οὗ ἀρχιερωσύνης ὁ Ιγνάτιος τὸν βίον μετήλλαξεν, οὕτως αὐτὸν ἐτίμησεν, ὥστε μεταξὺ λόγων πρὸς τοὺς πόδας πεσόντα ἀναστῆναι, καὶ τὴν κεφαλὴν καλύψαι ἐκέλευσε. Γρηγόριος ὁ τρισκαιδέκατος ἐν τοῖς διπλώμασιν, ἔτει αφ᾽ π β᾽, καὶ αφ᾽ π γ᾽, γεγραμμένοις, εἰς τὴν ἑταιρίαν κυρῶσαι, καὶ αὐτῆς ὑπερασπίσαι, διαρρήδην λέγει, ὅτι τὸ ἅγιον πνεῦμα τῷ Ιγνατίῳ διάνοιαν ἐνεποίησε, τοῦ τὴν ἑταιρίαν καταστῆσαι, καὶ τὸν αὐτῆς τύπον παρέδωκε. τούτοις δὲ προσετίθη, ὡς ἅπαν κοινὸν τῶν χριστιανῶν διὰ τῶν υἱῶν τῆς ἑταιρίας ἀναπαύεται, καὶ ἀναψύχεται. τέλος δέ, ὡς Γρηγόριος, οὕτω καὶ οἱ τοῦ Γρηγορίου προειληφότες Πίος τέταρτος, καὶ Πίος πέμπτος τοὺς πόνους τῆς ἑταιρίας, καὶ τἀγαθά, ἅτινα ἐξ αὐτῆς ὁ θεὸς ἐκαρπώσατο, καὶ καθ᾽ ἑκάστην καρποῖ, οὕτως ἐνεκωμίασαν, ὡς τὴν ταπεινοφροσύνην πείθειν ταῦτα παραλείπειν. Ἀλλὰ μὴν οὗτοι οἱ καρποὶ τῇ τοῦ

virtute ab Ignatio tanquam à radice prodiere.

Ferdinandus Romanorum Rex, de quo iam diximus, præter ea collegia, quæ Societati ædificauit, aliaque multa beneficia, quibus eam propter Ignatium affecit, cùm vehementer incumberet ad creandum Claudium Iaium, vnum è decem primis Ignatij socijs, Triestensem Episcopum, ab incœpto destitit, simul ac intellexit id Ignatio non probari.

Ioannes III. Lusitaniæ Rex, pro sua pietate, qua erat in Ignatium, año CIↃ.IↃ.LIII. P. Ludouico Gonsali de Camera Romam è Lusitania proficiscenti præcepit, vt diligenter intueretur, & attentè consideraret mores & actiones eius, & ad se singula quæque accuratè perscriberet. Profectus est, mandata Principis diligenter curauit, scripsitque quidquid de negotio sibi commisso dici posset, illud esse, nulla se vel lectione diuinarum rerum, vel oratione ad amorem Dei tantùm accendi, quantùm intuendo & spectando diligenter Ignatio.

Gaspar Quiroga, Cardinalis & Archiepiscopus Toletanus, ac Generalis Hispaniarum inquisitor, qui Romæ Patris amãtissimus fuerat, virum perfectissimum fuisse testatus est, demissum, suauem, patientem, contemptorem rerum humanarum, studio-

θεοῦ δυνάμει, τοῦ Ἰγνατίου ὥσπερ τῆς ῥίζης ἐξεγένοντο.

Φερδίνανδος τῶν Ῥωμαίων βασιλεὺς, (περὶ οὗ προειρήκαμεν) ὁ πολλοὺς μὲν συλλέγους τῇ ἑταιρείᾳ οἰκοδομήσας, καὶ αὐτὴν διὰ τὸν Ἰγνάτιον πολλὰ εὐεργετήσας, σφόδρα δὲ σπουδάσας περὶ τοῦ τὸν Κλαύδιον Ἰάϊον ἕνα ἐκ τῶν πρώτων ἑταίρων τοῦ Ἰγνατίου, ἀναῤῥηθῆναι τοῦ Τεργέστου ἐπίσκοπον, τῆς ἐπιχειρήσεως ἔληξεν, ὡς ἐπύθετο τὸν Ἰγνάτιον τοῦτο οὐκ ἀποδέχεσθαι.

Ἰωάννης τρίτος τῆς Λυσιτανίας βασιλεὺς ἐκ τῆς εὐσεβείας τῆς πρὸς τὸν Ἰγνάτιον, ἔτει α φ' ν γ', πατρὶ Λουδοβίκῳ Γονσάλῃ τῷ ἀπὸ τῆς Καμάρας, ἐκ τῆς Λυσιτανίας εἰς Ῥώμην ὁδοιποροῦντι ἐπέταξεν ἐπιμελῶς εἰσορᾷν, καὶ προσεχῶς σκοπεῖν τὰ ἤθη καὶ τὰς πράξεις αὐτοῦ, καὶ ἕκαστα πρὸς ἑαυτὸν ἀκριβῶς γράφειν. ὁ δ' ἐπορεύθη, καὶ τὰ τοῦ ἄρχοντος προστεταγμένα ἐπιμελῶς ποιήσας, ἐπέστειλε, κεφάλαιον τῶν περὶ τοῦ πράγματος, ὃ αὐτὸς ἐπιστεύθη, λέγεσθαι δυναμένων, τοῦτο εἶναι, ὅτι αὐτὸς μηδεμιᾷ ἀναγνώσει τοῦ θεοῦ, ἢ προσευχῇ, ἐπὶ τὴν θεοφιλίαν τοσοῦτον παροξύνεται, ὅσον τῷ σπουδαίως εἰσορᾷν καὶ σκοπεῖν τὸν Ἰγνάτιον.

Γάσπαρος Κυΐρώγας Καρδινάλιος, καὶ τοῦ Τωλήτου Ἀρχιεπίσκοπος, καὶ δι' Ἰσπανίας γενικὸς ἐξεταστὴς, ὁ τὸν Ἰγνάτιον ἐν Ῥώμῃ μάλιστα φιλήσας, ἐμαρτύρησεν αὐτὸν ἄνδρα γενέσθαι τελειότατον, ταπεινόφρονα, χρηστὸν, ὑπομονητικὸν, τῶν ἀνθρωπίνων καταφρονητὴν, τῆς τοῦ θεοῦ δόξης καὶ σωτηρίας τῶν

ſtudioſum diuinæ gloriæ & ſalutis animarum, nunquam turbari, nec rebus ſecundis efferri, nec aduerſis deprimi. Gabriel Paleotus, Cardinalis & Epiſcopus Bononienſis, eum appellat lumen eccleſiæ, aitque impulſu diuino inſtituiſſe Societatem ad excitandam & confirmandam eccleſiaſticam diſciplinam.

Albertus Bauariæ dux eidem fuit mirificè deditus, ad eum ſæpe litteras dedit, eique vt ſancto reuerentiam exhibuit: propter eum Societatem amauit, eique fauit, vt omnes eius filij, quos non minus paternæ pietatis, quàm amplitudinis hæreditates ſecutæ ſunt.

Ioannes Vega, præſes Caſtellæ, dum Caroli V. Cæſaris Romæ legationem obiret, B. P. amicitia coniunctiſſimus fuit, atque in ijs litteris, quas eo mortuo ſcripſit ad Societatem, eum beatum & ſanctum ducem appellat, dignumque cuius ſignum in cælo cum vexillis S S. Dominici ac Franciſci poneretur.

P. Ioannes Auila, concionator Apoſtolicus, cuius vitam ſcripſit P. Ludouicus Granatenſis auctor egregius, pro ſua animi demiſſione P. Ignatium gigantem, ſeque cum eo collatum pumilionem eſſe dicebat. Idem P. Ludouicus de hoc verba faciens admiratione ſe obſtupefactum dicit intuen-

ψυχῶν σπουδαστὴν, μηδέποτε διαταράττεσθαι, οὐδὲ τῇ εὐτυχίᾳ ἐπαίρεσθαι, οὐδὲ τῇ ἀτυχίᾳ ἀθυμεῖν.

Γαβριὴλ Παλέωττος Καρδινάλιος, καὶ τῆς Βονωνίας ἐπίσκοπος, αὐτὸν φῶς τῆς ἐκκλησίας ὀνομάσας, εἶπεν, ὅτι ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἐπαχθεὶς τὴν ἑταιρείαν κατέστησε, τοῦ τὴν ἐκκλησιαστικὴν παίδευσιν ἐπεγεῖραι καὶ βεβαιῶσαι.

Ἀλβέρτος τῆς Βοϊκῆς ἄρχων πάνυ εὐνοϊκῶς πρὸς τὸν αὐτὸν διατεθεὶς, πολλάκις πρὸς αὐτὸν ἐπέστειλε, καὶ ὡς ἅγιον ἐτίμησε· δι' αὐτὸν τὴν ἑταιρείαν ἠγάπησε, καὶ προσέκειτο αὐτῇ, ὥσπερ πάντες αὐτοῦ υἱοὶ, οἱ οὐχ ἧττον τῆς πατρικῆς θεοσεβείας, ἢ τοῦ ἀξιώματος κληρονόμοι γενόμενοι.

Ἰωάννης Βήγας τῆς Καστέλλης ἡγεμὼν, ὁ ὑπὲρ τοῦ Καρόλου πέμπτου Καίσαρος ἐν Ῥώμῃ πρεσβεύσας, καὶ τῷ μακαρίῳ Ἰγνατίῳ οἰκειότατα χρησάμενος, ἐν τοῖς πρὸς τὴν ἑταιρείαν μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν ἐπεσταλμένοις γράμμασιν, αὐτὸν μακάριον καὶ ἅγιον στρατηγὸν ὠνόμασε, καὶ ἄξιον, τοῦ σημεῖον αὐτοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ σὺν τοῖς στρατηγίοις τῶν ἁγίων Δομινικοῦ καὶ Φραγκίσκου τεθῆναι.

Πατὴρ Ἰωάννης Ἀβίλας, Ἀποστολικὸς ἐκκλησιαστὴς, οὗ τινος βίον πατὴρ Λουδόβικος Γρανατῆνος ἔνδοξος συγγραφεὺς συνετάξατο, ὑπὸ ταπεινοφροσύνης αὐτοῦ τὸν μετὰ Ἰγνάτιον γίγαντα, ἑαυτὸν δὲ πρὸς αὐτὸν παραβληθέντα νάνον εἶναι ἔλεγεν. ὁ αὐτὸς πατὴρ Λουδόβικος περὶ αὐτοῦ λόγον ποιήσας,

intuentem vitam, heroicas & admirabiles virtutes huiusce noui speculi virtutum & prudentiæ, quod Deus hoc nostro tempore pro salute infinitorum hominum misit. Hæc enim sunt eius verba. Idem pariter alij multi sapientes ac prudentes sentiunt: idem plurimi variarum nationum auctores, qui suum hac de re testimonium scripserunt, ac de eo vt de sancto mentionem inferunt.

In hoc numero est P. Laurentius Surius natione Germanus, qui huius vitæ summam attigit. In eodem Ioannes Molanus Belga, qui beatissimum nominat. In eodem Genebrardus Gallus, qui à Deo contra Lutherum missum affirmat. Denique Doctor Sanderus Anglus, qui hominem diuinum vocat, & auctore atque impulsore Deo fecisse quod fecit. Thomas Bozius propter vitæ sanctitatem, illustrissimum appellat. Paulus Morgi ordinis Gestanorum, Angelus itẽ de Paz Minorum, Mambrinus Rosa omnes Itali scriptores, honorificè de huius B. Patris vita prædicant. Idem litteris mandarunt Gonsales Iglesus, Magister Alfonsus Villega, & Stephanus Garibai nostri temporis Hispani scriptores, eumque benedictum vocant, beatum & sanctum. Doctor Iacobus Paiua Lusitanus, qui pro doctore Theologo Regis sui, Concilio Triden-

εἶπεν, ὅτι ἐξεπλάγη εἰσορῶν τὸν βίον, καὶ τὰς ἡρωϊκὰς καὶ θαυμαστὰς ἀρετὰς τούτου τοῦ νέου κατόπτρου τῶν ἀρετῶν καὶ τῆς φρονήσεως, ὅπερ ὁ θεὸς τῷδε τῷ χρόνῳ ὑπὲρ τῆς σωτηρίας ἀπείρων ἀνθρώπων ἔπεμψε. ταῦτα γὰρ αὐτοῦ ῥήματά ἐστιν. οὕτως ἅμα καὶ ἄλλοι πολλοὶ σοφοὶ καὶ φρόνιμοι περὶ αὐτοῦ γινώσκουσιν. οὕτω πάμπολλοι συγγραφεῖς διαφόρων ἐθνῶν, οἱ περὶ τούτου τὴν αὐτῶν μαρτυρίαν γράψαντες, καὶ αὐτοῦ ὥσπερ ἁγίου μνείαν ἐποιήσαντο.

Εν τούτων μέρει εἰσὶν, ὁ πατὴρ Λαυρέντιος Σούριος τὸ γένος Γερμανὸς, ὃς τὸν βίον αὐτοῦ συντόμως διῆλθεν· ὁ Ιωάννης Μολανὸς Βέλγης, ὃς αὐτὸν μακαριώτατον ὠνόμασεν. ὁ Γενέβραρδος Κέλτης, ὁ αὐτὸν ὑπὸ τοῦ θεοῦ κατὰ τοῦ Λουθήρου ἀποσταλθέντα ἀπεφήνατο. τελευταῖον δὲ ὁ διδάσκαλος Σανδῆρος Αγγλος, ὃς ἄνθρωπον θεῖον ἐκάλεσε, ποιήσαντα, εἰσηγουμένου καὶ κινοῦντος τοῦ θεοῦ, ὅ,τι ἐποίησε. Θωμᾶς Βόζιος διὰ τὴν τοῦ βίου ἁγιότητα ἐπιφανέστατον ὀνομάζει. Παῦλος Μόργιος τῆς τῶν Γεσουιτῶν τάξεως, Αγγελος Παζαῖος, ὁ ἐκ τῶν Μειόνων ἀδελφῶν, Μαμβρῖνος Ρόσας, πάντες τὸ γένος Ιταλοὶ τὸν βίον τούτου τοῦ μακαρίου πατρὸς τιμιώτατα εὐφημοῦσι. ταὐτὸν ἱστόρησαν Γονσάλης Ιγλησιος, Μαῖσωρ Αλφονσος Βιλλήγας, καὶ Στέφανος Γαρίβαϊος τοῦ χρόνου ἡμῶν συγγραφεῖς Ισπανοὶ, αὐτὸν εὐλογητὸν, μακάριον καὶ ἅγιον καλέσαντες. ὁ διδάσκαλος Ιάκωβος Παῖβας Λουσιτανὸς, ὁ θεολόγος τοῦ βασιλέως αὐτοῦ, τῇ συνόδῳ τῇ ἐν

Tridentino interfuit, illustrem nominat, exemplum sanctitatis, admirabilem virum mortalibus singulari beneficio datum.

Verùm si conijciamus oculos in Reges & principes, qui sanctissimum D. N. Clementem IIX. hodie in cathedra B. Petri sedentem rogarunt, vt eum, qui suo iudicio sanctus erat, in numerum sanctorum referret, videbimus summos & potentissimos orbis Christiani principes id supplicare & vehementer flagitare. Etenim Rudolphus II. Imperator, eiusque mater Augusta Maria Austriaca, Philippus II. Rex Catholicus, cuius gratissimam memoriam retinemus, Philippus III. eius filius, qui nunc regni clauum tenet, Margarita Regina, Guilielmus Bauariæ dux, eiusque soror Archidux Maria, litteras ad Pontificem dederunt, in quibus eum beatum & sanctum Patrem nominant, è cuius integerrima & innocentissima vita tanquam fonte flumen multorum donorum ac munerum manans, lætificauit ciuitatem Dei. Nec hi solùm alijque magni principes suam pietatem ac beneuolentiam in Patrem hoc officij genere testificati sunt, sed ipsa etiam Regna, hoc est, supremæ regnorum Castellæ & Aragoniæ curiæ, principatus Cataluniæ, horumque proreges ac præfecti: Ecclesia Toletana, Hispalensis, Granatensis;

Τελθέντα παραγγελλόμενος, τὸν Ἰγνάτιον λαμπρὸν ὑπόδειγμα τῆς ἁγιωσύνης, θαυμάσιον ἄνδρα, ἰδίῳ εὐεργετήματι τοῖς ἀνθρώποις δοθέντα ὀνομάζει.

Ἐνθυμούμενοι δὲ τοὺς βασιλεῖς καὶ ἄρχοντας, τοὺς τὸν ἁγιώτατον κύριον ἡμῶν Κλήμεντα ὄγδοον σήμερον ἐπὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πέτρου καθέδρας καθήμενον ἱκετεύσαντας, τὸν κατὰ τὴν αὐτῶν γνώμην ἅγιον ὄντα, μετὰ τῶν ἁγίων συγκαταψηφίζεσθαι, γνωσόμεθα, ὅτι οἱ μέγιστοι καὶ δυνατώτατοι τῆς ὑπὸ τῶν χριστιανῶν οἰκουμένης ἄρχοντες τοῦτο γίνεσθαι σφόδρα ἐδεήθησαν, καὶ ἐλιπάρησαν. ὁ γὰρ Ῥούδολφος δεύτερος αὐτοκράτωρ, καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ Σεβαστὴ Μαρία Αὐστριακή, Φίλιππος δεύτερος βασιλεὺς Καθολικός, οὗ τινος εὐχάριστον μνήμην ἔχομεν, Φίλιππος τρίτος ὁ υἱὸς αὐτοῦ νῦν βασιλεύων, Μαργαρίτη βασίλισσα, Γουλιέλμος τῆς Βοϊκῆς ἄρχων, καὶ ἡ αὐτοῦ ἀδελφὴ Μαρία Ἀρχιδούκισσα, πρὸς τὸν Πάπαν γράμματα ἔδωκαν, ἐν οἷς τὸν Ἰγνάτιον μακάριον καὶ ἅγιον πατέρα καλοῦσιν, ἐξ οὗ καθαρωτάτου καὶ πάνυ ἀνεγκλήτου βίου, ὥσπερ ἐκ πηγῆς, πολλῶν δωρεῶν καὶ χαρίτων ποταμὸς ἐκρέων, εὐφραίνει τὴν πόλιν τοῦ θεοῦ. καὶ μὴ μόνον οὗτοι καὶ ἄλλοι μεγάλοι ἄρχοντες τὴν αὐτῶν εὐσέβειαν καὶ εὔνοιαν τὴν πρὸς τὸν πατέρα ἐν τούτῳ τῷ θεραπεύματι ἐπιδείξαντες ἐμαρτύρησαν, ἀλλὰ καὶ αὐταὶ αἱ βασιλεῖαι, τουτ' ἔστι, τὰ ἄκρα βουλευτήρια τῶν βασιλειῶν τῆς Καστέλλης καὶ τῆς Ἀραγονίας, τῆς ἡγεμονίας τῆς Καταλαυνίας, καὶ τούτων αἰ-

πᾶσι

βασιλεῦσι καὶ προεστάτοις· ἡ ἐκκλησία Τωλητανία,
Ισπαλαία, Γρανατεία· ἡ πόλις Καισαραυγοῦστη,
Ουαλεντία, Βαρκινών, ἡ χώρα τῆς Κανταβρείας, ἐν
ᾗ ὁ πατὴρ ἐγεννήθη, καὶ ἄλλοι πάμπολλοι ἐπίσκο-
ποι, ἄρχοντες καὶ κύριοι· καὶ κοινῶς τὴν αὐτὴν ἐκεί-
νοις γνώμην ἔχουσι πάντες φρόνιμοι καθολικοὶ
πάντων ἐθνῶν, οὐκ ἐμπαθῶς διατεθέντες, ἢ κακο-
δοξίᾳ διεφθαρμένοι. μόνον ἐναντίως καὶ ἐχθρῶς δι-
άκεινται οἱ πρὸς πολεμίους τῆς ἐκκλησίας ἀποστάν-
τες, καὶ ὡς μάλιστα σπουδάζοντες, ὅπως αὐτὸν βλασ-
φημήσωσι, καὶ βιβλία συγγράψωσιν, ἐν οἷς αὐτῶν τὸν αὐ-
τοῦ βίον καὶ πᾶσαν τὴν αὐτοῦ τάξιν διαβάλλοιεν. ὡς ἐκ
τούτων ἐστὶν ὁ Σίμων Λίθος Μισηνὸς, τῆς τοῦ Καλβίνου
αἱρέσεως συμμίκτου προσβόητος, ὃς πέντε βιβλία συ-
νεπλέξατο, κατὰ τῶν ἄλλων πέντε βιβλίων, τῶν ὑπ' ἐμοῦ
περὶ τοῦ βίου τοῦ μακαρίου Ιγνατίου ἐκδοθέντων. ἐκεῖ-
να δὲ, ὡς ἐγὼ τῆς γνώμης ἔχω, οὐχ ἧττον ἰσχύει εἰς τὸ
δηλῶσαι τὴν αὐτοῦ ἁγιότητα, ἢ αἱ περὶ τῆς αὐτοῦ
ἀρετῆς τοσούτων καὶ τηλικούτων ἀνθρώπων λαμ-
πραὶ μαρτυρίαι, ἃς εἰρήκαμεν. ὥσπερ γὰρ μεγάλου
ἐπαίνου ἐστὶν, ὑπ' ἀγαθῶν ἐπαινεῖσθαι, οὕτως οὐχ ἧττο-
νος ὑπὸ κακῶν λοιδορεῖσθαι, καθὼς ὁ ἅγιος Ιερώνυ-
μος πρὸς τὸν ἅγιον Αυγουστῖνον ἐπιστέλλων φησίν· οἱ
μὲν καθολικοὶ, ὡς καταστάτην τῆς πάλαι πίστεως σέ-
βονταί σε καὶ θαυμάζουσι, καὶ, ὅ, τι μείζονος δόξης ση-
μεῖόν ἐστι, πάντες αἱρετικοὶ βδελύττονται, καὶ μὲ
ὁμοίως σοι μισοῦσιν, ἵνα, οὓς ξίφεσιν ἀποκτείνειν οὐ
δύνανται, τῇ ψυχῇ φονεύσωσι.

ΤΕΛΟΣ.

Pag. 19. *monimentum.* 40. ἀνθρώπων. 35.
expeteret. 48. ἡλικίαν. 56. ἐωραμένων. 64. πο-
ρίυεσθαι. 72. ἐλλόγιμος. 76. δέκα. 84. οἴοντ'.
90. ἐνδόξῳ. 92. ἀσκητῶν. 94. πάντα. 96. ἐθάρ-
συναν. 112. ἐγγιζούσης. *ibid.* αὐτὸς λειτουργῆσαι.
116. ἐσπούδασεν. 125. à Deo. 126 δυσώδης.. 134.
συγκαταθήσεσθαι. 146. πρόσηρμα. 156. ποδῶν.
162. ἐν ἑκάστῳ ῥήματι ἐπέχειν. 200. πατρὸς. 208.
ἐληλύθασιν. 214. ἐδελέασαν. 234. διαφόροις.
285. ὅ,τι ἐμοὶ ἅπαν. 262. παραδόντος 274.
ὄνομα αὐτόγραφον. 296. ἑξήκοντα. 304. περάναν-
τος. 312. εἰς τὴν Ῥώμην. *minutiora beneuolus
lector facile correxerit.*

AVGVSTAE VINDELIC.
apud Christophorum Mangium.

M. DCXV.

Digitized by Google

15/1

Google